

dicebantur, nihil erant aliud quam efformatæ ridiculum in modum effigies, quas ut protectores suos deus univèrsa venerabatur, iisque certis temporibus thus & vinum loco sacrificii offerebant.

Cum singulis etiam, ut credebant, duo proprii & particulares genii, dicti *Demones* nascebantur; quorum alter erat bonus, ad virtutem & honestatem eos excitulans, & bonis cumulans eorum statui convenientibus; altero adversario utebatur, qui quantum alteri prævalere poterat, tantum eis malorum afferebat.

Fortunam denique esse Deam prædicabant, penes quam honores & divitiæ aliæque huius vitæ bona, quæ pro suo arbitrio singula dispertiret, vel auferret, sed quæ cæca & instabilis rotam manu perpetuò volveret, quâ mox illos ad summa attolleret, mox ad ima deorsum depunderet, nihil idcirco in ea firmum, nil constans esset. Hoc Numen hominum pars maxima adorabat, cujus aureum simulachrum, magni principes domi asservabant, ut eam semper faventem experirentur.

Cætera minutim persequi nihil attinet. Nihil itaque de Dea Nevefi dicam, quæ in omnium criminum intantum semper oculum advertabat, ut poenas reperceret. Nihil de Deo Momo, omnibus invisio, qui ubique malè audiebat: erat enim obscurus, Somni ex Noctæ filius, & nihil dignum agens, utpote ineptus ad omnia, quærebat in singulis quod reprehenderet, omnesque carpebat insulsus blatero, quod & vano sui amore cæcus, & animo non satis constans omnes infra se despiceret; ut criticis illis solenne est, quorum omnis cura est alios observare, & quidquid ipsi non faciunt improbare.

## LIBER SECUNDUS.

## HISTORIA

## SEMI-DEORUM ANTIQUORUM.

## P R Æ F A T I O.

**H**æstudus scriptorum antiquissimus tria Deorum genera ab Ethnicis olim fuisse creditâ memoriæ prodidit: nam præter illos primi ordinis, de quibus priore librò egimus, ærem innumera minorum Deorum multitudine, quos Demones nominabant, resertissimum esse supponebant; hi mortalium negotiis, ut ipsi quidem credebant, procurandis destinati, magnam in hæc sublunaria potestatem exercebant. Postremi erant plurimi qui ex parte vel patris, vel matris tantummodo, ex Deorum semine procreati, heroës vel semi-Dei vocabantur, ex quorum tamen numero eos nequaquam excluderant, qui virtutis exercitiæ famâ, & rerum præclare gestarum gloriâ ad Deorum perfectiorem visum fuerant propius accedere; atque adeo ad hunc supremæ dignitatis apicem evehebantur, licet parem cum aliis omnibus conditionem

ditionem sortiti, homines essent morti, aliisque hujus vita miseris obnoxii. Propterea si quas eorum nomini statuas grata posterius erexisset, earum nativam illam magni nativam volebant excedere, quam olim corpore prætulenter; ut nihil dicam Dracinem ipsius singulari titulo ut plurimum fuisse dedicatum, quo symbolo immortalitatem designarent, ad quam ex hac vita mortali transiverant. Ita ex Virgilio discimus, qui cum de Anchisis sepulchro meminisset, magnum ex eo serpentem prodisse retulit; ita Plutarcho teste Cleomenus apud Ægyptios Deus habitus est, quod nazam ex ejus occisi cadavere colubrum aspexissent. Porro inter Semi-Deos nominatissimi extiterunt, Perseus, Hercules, Theseus, Argonautæ, aliique Duces magnanimi, qui in bello Thebano & Troiano exitus virtutis eadere specimina, ideoque inter primos numerantur, de quibus hoc secundo libro mihi agendum erit.



HI-

# HISTORIA SEMI-DEORUM ANTIQUORUM.

## CAPUT PRIMUM.

### Historia Persei.

**D**Anac Acrisii Argorum Regis filia Perseum Jovi peperit: Acrisius ab oraculo monitus, sibi à nepote ex filia procreando mortem aliquando inferendam, turri aeneæ illam includi voluit, ut rescisso ipsi cum omnibus commercio omnis præcluderetur occasio fatalis illius infantis procreandi, à quo sibi tantopere metuebatur. Jovem tamen virginis amore captum hoc suo consilio præpedire non potuit, quo minus ille (ut est ingeniosus amor) in imbrem conversus aureum, per summum turris apicem intrò penetraret, unde natus est Perseus, ut in Jovis historia superius meminimus. Sed dolus Acrisium non diu latuit, qui matrem cum Perseo inclusam areæ in Oceanum detruði imperavit, unde tamen piscatorum beneficio incolentes immergere, habuitque fidem oraculum, cum Acrisio prælio umbratili sese exercenti, Perseus qui omnium ignatus tum fortè aderat, casu vulnus infixit, quo & occubuit.

Perseum jam ætate confirmatum Dii singulari benevolentia plurimisque favoribus sunt profecuti: nam à Minerva speculum dono accepit, quo tanquam clypeo utebatur: alas à Mercurio, quibus caput & pedes instruxerat, & ex Vulcani officina Acinacem, quo rarè fortitudinis edidit argumenta. Nam primò, ut pauca strictim persequar, vastissimam illam Regionem,

nem, quæ à Victoris nomine Persia dicta est, ditiori suæ subjugavit, deinde miseram Andromeden, quam Nereides, suam pulchritudinem ab ejus matre despectam indignatæ, rupi alligatam marinis monstris prædant objecerant præsentem ereptam discrimine in libertatem afferuit.

Nec minoris sanè laudis fuit illud facinus, quod prioribus adjungo: quæ tempestatis sui famâ nominis orbem terrarum complebat, tres fortes fuere. Phorcidis Dei marini filia, Gorgones dictæ quarum duæ formâ terribiles, monstris quàm hominibus similiore, unicum tribus communem habebant oculum, quamvis ut alii referunt, tertia Medusa nomine, rarâ oris totiusque corporis specie celebraretur, cujus aspectu in templo Minervæ Neptunus in ejus amorem tantâ vi raptus est, ut morè impatiens suâ ibidem cum ea libidinem expleverit. Displuit enim verò Minervæ tanti flagitii indignitas, & mulieris ultura audaciam, crines ejus in serpentes tam horrendos commutavit, ut solo eorum aspectu homines in saxa obrigescerent. Perseus ut hoc monstro patriam liberaret, nefandum caput à cervicibus rescicere statuit. Sed quis credat? ex defluente per corporis truncum sanguine prodiit equus Pegasus, qui terram ungula feriens fontem Hypocrenem effudit, tot postea Poëtarum laudibus decantatum. Idem multò evasit celebrior, cum Bellerophonti in Chymera oppugnanda auxiliatus, deinde à Jove territus se sessorum excussit, & in cælos evolans inter sidera locum accepit. Sed ut ad Medusam revertamur, hoc etiam notandum venit, ejus capiti, licet à corpore rescisso, eam vim remansisse, ut quotquot illud aspicerent, subito in saxa mutarentur. Hoc malo suo Atlas expertus est, à quo cum Perseus hospitio exclusus fuisset, caput illi spectandum in vindictam objecit.

Hanc partem bello gloriam non minori laude Perseus cumulavit, ut eorum Principum mos est, quos suprà plebem fortuna sustulit, ad exornanda bonarum litterarum studia curas converteret, ad quas tradendas in Helicone monte (scholam aperuit, ut locus esset, ubi honestis artibus

juventus

juventis exerceretur, idèò que non ingratis Poëtæ & Astrologi eum inter astra reulerunt; nec sanè immeritò, qui ppè qui omnes in se virtutes expressit, quæ magnos belli Duces cum primis decet. Nam ejus arma quorum meminimus, sunt totidem velut hieroglyphi pulcherrimarum virtutum, quæ ipsis sunt necessariæ, ut & magna præclaraque moliantur, & eorum consilia successu prospero coronentur. Videbunt in Minervæ speculo expressam prudentiam, quo seu i loco corpus contegebat, videbunt adumbratam in acinace, Vulcani operâ fabricato, & in alis quas à Mercurio acceperat, excelsitatem animi cum promptitudine conjunctam, in exequendis quæ maturè statuta sunt adhibendam. Quod autem de Medusæ capite relatum est, significat solo viri tantu aspectu terri adversarios, tan-toque pavore perstringi, quasi in statuas abiissent.

## CAPUT II.

## Historia Herculis.

Inter heroi's fortissimos, quos unquam produxit antiquitas, & posteritas obstupuit, nemo est, qui rerum gestarum gloriâ, & nominis splendore Herculem adæquaverit: licet si quorundam testimonium admittimus, plurimum virorum fortium ejusdem nominis facinora uni solummodo tribuantur.

Hunc Alcmena genuit, quæ Amphitryonem Thebanum Principem, eâ lege conjugem accepit, ut fratris sui necem armis ulciceretur; digressus igitur ad bellum illud consiciendum Amphitryone. Jupiter Alcmenæ amore saucius, maritum formæ ementitus, nocte quâdam, quam, ne lucis exortu proderetur, solito longius produxit, furtivâ libidine cum Alcmena congestus est; quæ licet jam Iphicium utero gereret, ex Jove Herculem etiam concepit, & utrumque eodem partu in lucem prorulit, Hercule interim *Amphitryoniades* nomen apud Poëtâs retinente; quamvis Amphitryone reverâ non esse genitus.

Intrèa Stœleño Mycenarum Regi, cui brevi post filium Eurystheus nasciturus erat, iurejurando Jupiter promiserat, eum, qui primus, vel ex eo, vel ex Hercule nasceretur, Regno donandum, & alteri summa cum potestate imperatarum: quo comperto Juno supra quàm dici potest Zetotya, & concubinarum mariti, & liberorum quos ex ipso suscipiebant, capitalis hostis, Eurysthei nativitatem acceleravit, ut intra septem menses nasceretur, & sceptrum Herculi præpereret.

Non desunt tamen, qui dicant, Junonem precibus Palladis inductam miorem sese Herculi præbuisse & in benevolentia argumentum fugenda ipsi propria ubera obtulisse, unde factum esse memorant, ut lacte per puellum casu effuso, pars illa coeli, quæ *Via lactea* dicitur, albedinem contraxerit. Sincera tamen non fuit illa benevolentia, ut postea patuit, sed ficta in speciem, ut fatis Palladi facere videretur: infans enim nondum è cunis excesserat, cum geminos serpentes eum voraturos summisit; spem tamen fellis eventus: puellum etenim imperterritus apprehensos in frustra dilcerpsit.

Et jam annis, viribusque auctiorem Eurystheus sexcentis exposuit periculis, ratus eum in aliquo peritarum, ita ut Hercules tot molestiarum pertælis, illius Tyranni jugum excussisset, nisi hanc esse Deorum voluntatem didicisset, ut duodecim præterea subiret ejus jussu pericula, quæ 12. labores Herculis communiter appellantur.

Primum igitur in mandatis accepit, ut Leonem in Nemea sylva grassantem siceret, qui ex celo Lunæ delapsus totam latè Regionem infestabat: telis spiculisque frustra petebatur, erat enim ad omnes ictus impenetrabilis. Hunc insecutus Hercules in spelunca adegit, unde elabi non posset, & in ejus collum insiliens fauces elisit bellæ; nequidquam reluctanti, In trophæum tantæ victoriæ Leonis illius exuviis tectus incescit, quem eundem esse dicunt cum eo, qui inter duodecim signa Zodiaci numeratur.

Alteram expeditionem ad Lernam Paludem Argis adjacentem suscepit, Hydram serpentem terribilè, & naturæ insolentis

insolentis consecutus. Septenis constabat capitibus quorum si unum refectum esset, alia continuò in ejus locum pullulabant; ita quò monstrum illud profigare vellet, igne debebat ferro conjungere, & uno ictu capita omnia demerere, quemadmodum felici eventu Hercules expertus est.

Erat eodem tempore in Erimantho monte aper horrendæ magnitudinis, qui vicinis agris omnibus vastitatem inferebat, hunc vivum Eurystheo adduxit, qui ejus aspectu prope exanimatus est. Eadem industria cervam æreis pedibus velocissimam in Mænalio monte comprehendit, quam per totum annum discurrendo insecutus est.

Nec minori felicitate Stymphalides aves in fugam compulsi, quæ infinito propè numero, & prodigiosa magnitudine volando solem ipsum obscurabant, & passim captos homines devorabant.

Numquam tamen virtutem suam magis exercuit, quàm in bello adversus Amazones suscepto. Erant mulieres partem Scythiæ Hircano mari conterminas incolentes, quæ maritos suos in bello profectæ, cum ad Thermodontem Capadociæ fluvium cecidisse universos compersissent, ipsæ bella gerere decreverunt exclusis à consorcio suo viris omnibus, neminem nisi è sexu suo passæ, qui potestatem aliquam in Regno suo vel in exercitu obtineret: ita ut ex commercio cum solis alienigenis proles susciperent, maris omnes occiderent, & solas educarent feminas, quibus & dextrum uber adurebant, ut arcus facilius intenderent. Egregia ediderant in Troiana obsidione facinora Penthesilea Duce: sed Hercules assumpto in belli societatem Theseo illas triumphavit, & Eurystheo obsecutus, Hippolytam earum Reginam adduxit, & Theseo uxorem dedit.

Laborum quos exantavit, teste Virgilio, septimus fuit, Augiæ Elidis Regis stabula perpurpare, ubi quot diebus aliquot boum millia pascabantur, ideoque aggestus simus aliæque per annos complures fordes in immensum coiverant, quæ putida mephitis aërem circum quaque corruperant: A pheim fluvium per obliqua viarum in stabula ista derivavit, cujus cluvione fordes omnes dissipatæ; Augiam

deinde tanti beneficii immemorem, bonis primùm omnibus, deinde etiam vitâ multavit.

Excepit subinde Herculeum alius labor, cum Taurum cepit ignes horrendum evomentem & à Neptuno in Græciam immissum, ut acceptam à Græcis quamdam injuriam ulcisceretur.

In Thraciam deinde se contulit, ubi in Diomedem, externos quoslibet equis suis in pabulum obiectentem poena Talionis animadverit. Eandem fortunam expertus est Busiris Rex Aegypti, qui immani crudelitate advenas omnes ad aras Jovis, ut religionis speciem criminibus suis prætenderet, jugulabat, Hercule eisdem justissimas poenas repescente.

Geryon Rex Hispaniæ, quem Tricorporem eò dixerunt, quòd in tribus regnis imperaret, quosdam boves, suas delicias, humanis carnibus non minori palcebat barbarie, ad quorum custodiam canis triceps, & Draco sepricept excubabat. Hunc Tyrannum Hercules, Eurysthei iussu, pari cum Diomede poenâ sustulit: & quia de Geryone, qui in tribus corporibus unicum habebat animam, sermo incidit, non erit abs re Herulum Regem ipsi opponere, cujus meminisse Virgilius, §. *Æneid.* qui in uno corpore tribus constabat animabus, ideòque non nisi morte triplici poterat occumbere.

Hoc labore persuctus, ad novum facinus continuò se accinxit. Eurystheus poma Junonis aurea sibi volebat assereri, quas Nymphæ Hesperides Hesperii Atlantis fratris filia custodienda susceperant. Erat tamen ante domandus Draco terribilis, qui ejus, in quo crescebant horti aditum nemini permittebat. Utrunque nihilominus ipsi ex voto cessit. Alii dseunt Atlantis operâ hic usum fuisse: quo tempore eum prædolatus cœli tamdiu suis humeris sustinuit.

Post emum tandem Eurysthei imperium fuit, ut Canem Cerberum ab Inferis educeret: unde eadem operâ Theseû liberavit, qui Pirithoo amico suo comes illuc descenderat.

Tam inusitata fortitudine & felicitate cepit Hercules non tantum Regi Eurystheo, sed omnibus etiam tertarum principum

principibus esse formidandus, & exinde nullum monstrum fuit quod non profigaret, nullus Tyrannus quem non oppugnaret expugnareque. Ita Busiridem Nepuni filium interfecit, qui dolo captos advenas, per inauditam inhumanitatem jugulabat. Ita Cacum prædonem insignem, tripitrem Vulcani filium trucidavit, qui ut in *Æneide* legimus, in Aventino monte foeda populatione agros devastabat. Per Caucaſum montem iter faciens, Prometheus in libertatem vindicavit: & Aquilam aut Vulturem jecur ejus depascentem confecit. Ut lib. 1. cap. 3. memoravimus.

Pari felicitate sustulit Entheum Telluris filium qui invisam corporis molem morum immanitate & sevitie superabat: hoc habens etiam singulare quod quoties terræ allideretur, hoc contactu recentes vires acciperet. Quo comperio, Hercules monstrum sublatum in aëra confectum brachiis suffocavit.

Erat Heros noster robusto vastoque corporis habitu, cui alendo modicus cibus non sufficiebat. Cum ergo die quâdam fame pressus ruri ageret, in Theodamantem agros colentem incidit, cui nequidquam reclamanti, & cum multa bile iniquitatem exprobranti bovem sustulit, totumque in eodem vestigio abligavit; unde nata in illis regionibus consuetudo bovem inter mille imprecationes Herculi in victimam immolandi.

Aliam expeditionem in Hispaniam suscepit, ubi Calpen ab Abyla separavit, ut per fretum Gaditanaeum Oceano inter utrumque montem viam aperiret. Hi montes sibi mutuo ex adverso oppositi, nimirum Calpe in Hispania, & Abyla in Mauritania, duarum columnarum speciem præferunt, quas Hercules esse quidam asserunt, quibus hanc sententiam, *Non plus ultra*, in sculpi voluit, quasi mundi terminus is esset, aut expeditionibus suis ibi meram statueret coactus fuisset, in quibus nullis aliis armis usus est quam clavâ Oleaginâ, quam Mercurio prædidi eloquentiæ, cui majorem vim quam armis inesse agnoscebat, eè nique consecravit.

J uno tantam Herculis gloriam non sine dolore incredi-



runt, qui eum in castra adduceret, ubi deinde operâ Machaonis, expertissimi celeberrimique medici, Æsculapii filii, tandem convalescit.

## CAPUT III.

## Historia Theſei.

Theſeus filius Agæi Athenienſium Regis, Agæo mari nomen dedit. Vixit ætate Herculis, quem aliquâ fan- guine conjunctione attingebat. Ideo frequens ejus fortuna: focus, & virtutis æmulator egregius exiit, poſtquam Medæ Novercæ inſidias eluſiſſet, quæ propinato toxico, illum vitâ, & ſpe in Regnum ſuccedendi, exuere nequidquam tentaverat.

Pars poſſiſſima magnatum & principum ejus tempeſtatis prædones erant, qui felicitatem non ſpirarent ſatis cumulatam ſe poſſe conſequi, niſi quam creâſſet ſubditorum populorum miſeria, & eorum quos capere poterant calamitas. Talis erat in Sicilia Phalaris, qui homines in tauro æneo vivos jubebat includi, qui cum ſubjectis ignibus ar- dentes miſere ulularent, eorum clamoribus per tauri fauces emiſſis, & ſpeciem quandam magitûs referentibus, ſeſe homo barbarus oblectabat.

Theſeus tantam nefariorum hominum iniquitatem de- teſtatus, ut qui bonitatem indolis cum excellitate animi conjunxerat, ſtatuit Tyrannorum audaciam reprimere, & quibus alios torquebant ſuppliciiis, iſdem in eos animad- vertere. Hoc conſilio Scironem quemdam aggreſſus eſt, qui prætereuntibus omnibus in mare demergendis paſce- batur, deinde Procruſten, qui quos deprehenderat, vel qua- drantem dilaniari, vel ad lectum ſuum diſſendi, & ex cruri- bus, quantum eminebat, ſecari imperabat, quorû utrumq; pari ſupplicio ſuſtulit. Inde ad proſtiganda monſtra pro- greſſus, quæ iſtæntidem naſcebantur, Marathoniis Taurum, prodigioſâ magnitudine formidabilem, proſtravit, tum A- prium, quem in Regem Calydoniæ Diana irritata immiſerat,

Melea-

Meleagro hujus Regis filio belluam fruſtrâ proſequentem: nec poruit ſine Theſei auxilio monſtri inſeſtationibus pa- tria liberari: unde natum proverbium, *Non ſine Theſeo.*

Hic mihi breviter perſtringendum venit hanc Victo- riam Meleagro fatalem exiſſiſſe qui cum hujus belluæ cap- tur cuidam ſibi amiſſiſſimæ obtuliſſet, aliorum quorum- dam æmulatione graviffima contentio exorta eſt, in qua ejus avunculi occubere; hanc eadem Althæa eorum lo- ror & principis mater modo inuſitato ulciſci voluit. Nam quo tempore Meleager naſcebatur, cum Althæa animad- vertiſſet, a Parcis viam infantis iſdem deſignari patris, qui- bus exarſurus erat titio, quem in cubili ardere cernebat, arreptum ſubito lignum extrinxit, ſervandumque magno ſtudio ſepoſuit. Sed hæc occaſione utendum rata, ob fra- trum eadem Meleagro indignata, fatalem ſtipitem igni- bus conſumendum rursus iniecit, quo ſenſim exardeſcen- te, tantâ eodem tempore vehementiâ Meleager toto cor- pore exaſtuare cepit, ut malo aliis ſerpente violentiâ morte extinctus ſit.

Nunc ad Theſei hiftoriam regredior, inter cujus egre- gia facinora principem ſibi facile locum vendicat illuſtris illa victoria, quam de Minotauro, ſuperne homine, infra Tauro reportavit: hujus ortum libro primo deſcriptum, ubi Paſiſphaën, Minois Cretenſium Regis uxorem mon- ſtrum ex Tauro peperiffe diximus. Ut autem quomodo Theſeus hoc negotio implicatus fuerit intelligamus, me- moriâ repetendum eſt, Minoaem Atticis (ut patratam ab eis in Androgeum filium necem ulciſceretur) bellum inuſiſ- ſe, cumque Megarenſes prælio ſuperâſſet, parique victoriâ Athenienſes ſub jugum miſiſſent, eos coëgiſſe ut in tribu- tum annum certum adoleſcentium numerum ſibi mitte- rent, quos Minotauro iſti in prædam pabulumq; obſciebat. Contigit igitur aliquando, ut Theſeus ultro ad numerum illorum acceſſeret, qui ad tam barbam lanienam mitte- bantur, eo conſilio, ut monſtrum ſuis civibus tam fatale exterminaret. Locus, ubi morabatur, erat Labyrinthus, opus à Dædalo architectatum, tam variis implicatum viam

rum anfractibus, ut supra reulisse memini, ut ex iis, qui intro pedem tulissent, nemo se extricare exeundo posset. Sed Theſeus, ut erat mirâ sagacitate præditus, jam prospexerat quâ ratione huic posset incommo occurrere: Ariadnæ Regis filiz benevolentiam sibi demeruit, à qua solum accepit, cujus ductu, trucidato Minotauro, se Labyrinthi ambagibus feliciter explicavit, & Ariadnam multis sibi jam promissis conciliatam Athenas abduxit. Eam tamen in itinere destituit, cum Baccho eam sibi in coniugem depolcenti, in Naxo Insula tradidit, acceptâ vicissim in memoriam beneficii Coronâ, quæ deinde inter astra relata est.

Navis quâ Theſeus in Cretam Insulam avectus fuerat, velis atra lugubrique colore tinctis ferebatur: Ageo tamê patri promiserat se usuri candidis, si victor abscederet: cuius facienda oblitus est, insolenti abstractus lætitiâ, quâ de tam glorioso reditu conceperat: unde factum est, ut pater, qui spem inter metumque suspensus, eius reditum in horas præsolabatur, viso à longe Theſei filii navigio luctum velis ostentante, mœrore amens in mare se demerterit.

Cæteris hæc navis ab Atheniensibus singulari curâ conservata est, velut pretiosum illius victoriæ monumentum, quæ tantam felicitatem suæ reip. atulerat; reparabant in ea magna sollicitudine, si quid temporum injuriâ computruisset. Unde familiare fuit ejus temporis Philosophis teste Plutarcho, exemplum ab illa navi desumere, cum de mediis loquerentur, quibus in corporum elementarium, eorum maximè, quæ accepto pabulo sustentantur, conservatione, naturâ rerum parens utitur.

Felicioꝝ subinde fortuna Theſeum excepit. Pirithoum, Lapitharum Theſſaliæ populorum Regem ingens cupiditas incescit tantum Heroem corâ aspiciendi. Ego prædâbundus se in ejus terras immitit, ut eum saltem ad sui defensionem compelleret. Dum variante fortunâ utrinque concurrunt, ambo principes sibi mutuo occurrerunt, hæseruntque, uterque in vestigio alter alterius speciem pulchritudinemque demirantes: ita ut in mutuos amplexus ruerent

rent reciprocum auxilium sibi pollicentes, sic ubi alter alterius ope indigeret, sancirentque amicitiam, omni post tempore sanctissimè excolendam.

Pirithous itaque, Theſeo in parte laboris veniente, Centauros pœnis severissimis multavit, quod Lapithis gravissimis injuriis affectis cædem etiam essent machinati, in convivio, ad quod eos invitârâ primâ nuptiarum die, quas cum Hippodamia contraxerat. Centauri erant populi, qui artem equitandi primi repereant, quam ob causam semis homines & semi-equi ab iis existimati sunt, qui illos equitantes viderant, unde & Hippocentauros appellabant.

Hunc etiam effectum habuit ex contractâ cum Theſeo amicitia Pirithou, quod in Helena rapienda ejus operâ plurimum usus fuerit, ut suo loco dicemus. Hæc etiam comitem individuum habuit, cum rapurus Proserpinam iter ad Inferos suscepit. Sed hujus consilii eventus eorum votis non respondit, Plutone cuius imperio detenti sunt, negotiorum interventente.

Cerè multos reperias, qui asserant, Pirithoum ad parem cum Ixione pœnam condemnatû, Theſeum verò cum reposito forte lapidi inſediſſet, ut à laboribus, quos in illa expeditione graves exantlaverat, tantisper respiraret, tantâ vi affixum saxo remanſiſſe, ut nullo quantum conatu inde extricare poterit, donec Hercules eodem descendens fortitudine liberatus est. Neque tamen ita feliciter attolli potuit, quin infami vulnere cutem velut glutine cum lapide jam coalitum amiserit: cum facto sanctus illic iterum devenisset eodem supplicio à Plutone damnatus est, quod tam temerario consilio suæ conjugi insidias adornasset.

Capite præcedenti diximus, Theſeum sibi Hippolytam Reginam Amazonum conjugio copulasse, ex qua filium à matre dictum Hippolytum alias Antiochum, suscepit: Phœdrâ deinde, Minois filiam uxorem duxit, quæ Hippolyti privigni amore captâ, cum castissimâ juvenis pudicitiam expugnare non potuisset, amore in odium verſo, apud Theſeum patrem oblata per vim stupri innocentem inſimulat. Ille credulus miserû principem à se abegit, imprecatus, ut

tantum

BIBLIOTECA CENTRAL



tantum crimén, quod ipsi per calumniam obijcebatur, Neptunus digno supplicio vindicaret. Ratum fecit votum Neptunus immisso monstro marino, cujus aspectu equi exterriti curru, quo vehiebatur; everso, miserum per verpes & saxa distraxerunt; contriveruntque. Quod ubi percipit malè sibi conficia mulier, scelus suum; & crimen falso affectum apud maritum confessa, gladio se transfixit, Theseo nimia credulitatem detestante. Motus commiseratione Æsculapius Hippolytum postea ad vitam revocavit.

## CAPUT IV.

## Historia Castoris &amp; Pollucis.

COMMUNIOR Poëtarum sententia obtinuit Ledam Tyndari Oebalix Regis filiam, post magnam cum Jove familiaritatem duo ova peperisse, ex quorum altero de Jovis femine concepto Pollux & Helena; ex altero quod erat à Tyndaro, Castor & Glytemnestra prodierunt. Hoc tamen non impedit, quo minus uno omnes nomine Tyndarides dicerentur, quod ex earum matre Tyndari uxore extitissent.

Duo fratres Castor & Pollux summam animorum conjunctione amicitiam colere; neuter dissentiebat ab altero socii semper individui. Sed solus Pollux nascendi conditione immortalitatis jure fruebatur, etiarque Jovi in deliciis & amoribus. Cum ergo fratris esset amantissimus, summam contentione ab Jove impetravit, ut Castorem etiam filii loco haberet, ita ut à Græcis Dioscori, hoc est, Jovis filii per excellentiam vocati sint. Jupiter deinde consulum duxit ut Pollux cum Castore immortalitatem suam communicaram vellet; ideoque alternis vivebant & moriebantur: donec in signa Zodiaci relati sunt, ubi signum cœlestis conficiunt, qui *Gemini* appellantur.

Ad hoc tamen tam illustri gloriæ fastigiis nequam evecti sunt, nisi postea quam heroicis facinoribus tantà se laude dignos reddideres, quale fuit à manibus Thebesi Helenam sororem raptam liberare; liberam tutamque à

Pyratis

Pyratis & prædonibus maritimis navigationem præstare; unde in numerum Deorum maris accersiti sunt; fueruntque ex iis quos vulgò *Aprostos* dicebant, hoc est, malorum depulsores; adeoque agnis candidissimis pro sacrificio placabantur.

Apud Romanos in summa semper fuerunt veneratione, quod eorum opem in extremis necessitatibus experti fuissent, ut in prælio apud Rhegillam paludem adversus Latinos commisso: quibus idcirco in signe templum dedicaverunt, eorumque nomina tantum in jurando ut plurimum usurpabant. Usitatum certè solis mulieribus iurandi adverbium *Æscastor*, ut virorum *Mercurie*, vel *Ædopol*, id est, per ædem Pollucis, sicut per *Æscastor*, ædem Castoris intelligebant.

## CAPUT V.

## Historia Orphei.

DE antiquis Cantoribus atque Musicis mira Poëtæ fabulantur; ut de Amphione quodam, qui saxis in murorum formam ordinemque, ad harmoniam instrumenti, quo canebat, confluentibus, Thebanorum mœnia ædificavit.

Magnam sibi etiam Arion gloriam eadem canendi arte peperit, ut ex sequenti patebit historia. Hic cum ex Italia in Græciam trajiceret, videretque à nautis, qui nummis suis inhabant, sibi necem imminere, nonnihil spatii sibi grati loco concedi postulavit, quo veluti Cygnus morturus, suas sibi equias caneret; quod cum imperrasset, lyra ac voce tam suavem symphoniam edidit, ut Delphini tam grati concentu magno numero undique ex fluctibus emergentes, navem circumfiterint, in quorum tergoza insiliit, ut prædonum insidias evitaret.

Nec sua eum spes fecellit: excepit enim Delphini tergo Corinthum evasit incolumis, ubi perhumaniter à Perandro Rege acceptus est, cujus iussu prædonis nauæ gravissimo supplicio sunt affocti; sed nec Ixum etiam Delphino

Iosipi.

lospitatori præmium defuit, qui Deorum voluntate in astra relatus est, illius officii intuitu, quo innocentem infortunatum fuerat profectus.

De Satyro Marsia multa dicere nihil attinet, qui cum in eadem arte supra vulgus aliquid posset, eò vanitatis & arrogantia devenit, ut cum ipso etiam Apolline pro palma se concertare velle asspiceret, eumque præfidenter provocaret. Sed cum turpiter victus cedere coactus fuisset, ipsi ex Musarum sententia, in iulium temeritatis supplicium, vivo cuius detracta est, ut in Historia Apollinis retulimus.

Similis fuit illa, quæ inter Apollinem item & Panem, montium & Pastorum Deum, nata est controversia. Hic cum a rem ad numeros inflandi fistulam calleret, inducitur à Ruricolis, ut sibi persuaderet neminem esse omnium in orbe universo, qui modulando secum conferri posset tantum sibi arrogavit, ut Lyram Apollinis suæ cedere debere fistula jactaret. Accessit Midas Rex Phrygiæ, qui rudis licet & impoliti esset ingenii, ausus est inter arbitros ad ferendam sententiam considerare, à quibus omnibus victoria Pani adjudicata est. Apollo indignatus, stupi sum Iudicem asininis multavit auribus, ut eum stoliditatem suam dedoceret. Hic idem fuit, qui in delati officii cuiusdam præmium, hunc à Baccho favorem obtinuit, ut quidquid tangeret, in aurum mutaretur; cuius eum voti postea penituit: cum enim ipsi etiam cibi, quos tangebatur, in aurum obdurefcerent, licet aurea haberet omnia, inedia penè emori cogebatur.

Sed ne durus iis recensendis immorer, qui Musicæ peritum nomen suum celebrarunt, communis est omnium opinio, Ophæum, præter Poësis & Philosophiæ scientiam, palmam reliquis canendo præripuisse.

Vocem cum Cythara tam suavi concentu maritabat, ut fluviorum rapacissimorum cursus fisteret, ventos & tempestates coerceret, feras immanitate terribiles mansuefaceret, arbores etiam ipsa & rupes ad saltum adigeret.

Sed nunquam illustrius artis suæ specimen edidit, quam cum Eurydicem uxore ab inferis revocavit. Hæc Aristæum, Regem

Regem Arcadiæ, vim pudori suo molientem fugiens, serpente fortè calcavit, cuius lethiferi morfu interierat. Orpheus conjugis vices miseratus, ad inferorum usque adyta penetravit, ubi incredibili cantus suavitate Plutonis & Proserpinæ animos ita demulsi, & quidquid ibi ferum erat ac inhumanum sic delinivit, ut Eurydicem secum revicturam abducere sit permissus, eâ lege ut secuturam à tergo conjugem donec terras attigisset, non aspiceret. Sed cum moræ impatiens, & amore victus, incautus retrospexisset, an verè sequeretur rursus ad stygem ablata est. Ergo concepto ex tanta calamitate mœrore gravissimo, coelibem vitam agere statuit, & omni erga feminas amoris renuntians, alios etiam in suam sententiam pertrahere conabatur. Quo tantum sibi odium apud mulieres in Thracia confavit, ut ab iis discerpuntur sic cum festa Bacchi præmore in furtias effusa celebrarent. Sed in Cygnum deinde mutatus est, ejus Lyra inter astra locum occupante.

## CAPUT VI.

## Historia Jasonis &amp; Argonautarum.

DELEUS Rex Thesaliæ Jasonem nepotem suum educandum suscepit, in quo cum rare indolis excelsique animi indicia observaret, veteris ne paternum Regnum quo ipse potiebatur, reperceret, ut hoc fe timore liberaret, ad aureum vellus auferendum iussit eum navigare.

Memoria repetendum quod supra diximus de Æta Rege Colchidis, qui hunc thesaurum in Luco Maru sacro asservabat, adhibitis ad custodiam ingenibus Tauris æripedibus, horrendas flammis naribus exulstantibus, præter Draconem inusitatae magnitudinis, aliisque armatos complures, qui dentibus Draconi in terram excidentibus procreabantur.

Jason ut tantum opus exequeretur, Argo in mandatis dedit, ut sibi navem appararet, quæ ab Architecto nomen sortita est: ligna ex Nemore Dodonæo petebantur, cuius

ipsæ arbores edlis oraculis celebrabantur; quâ virtute in excisis trabibus remanente, fermocinari etiam ipsa navis potuit, & verba facere nonnumquam audiebatur.

Navigacionis comites ultro se ad tam illustre facinus gloriæ aviditate adjungentes habuit Heroës ex Græciâ nominatissimos, quales fûere Hercules, Theseus, Castor & Pollux, Orpheus, Typhis, Lynceus, alique, qui *Argonautarum* nomen assumpserunt: Typhis ad navis sedebat gubernaculum; Lynceus, qui oculorum acie valebat acutissimâ, sÿrtis scopulosque sub undis latitantes, ne navis illuc impingeret, prospiciebat; Orpheus cantu & cytharâ labores navigacionis & traxia sublevabat. Sed cæteris oneri erat Hercules, gravique incommodo, tum quia pondere corporis navem penè ad fundum deprimebat, tum etiam quia plurimum annonæ absumebat. Accedebat quodd remum tuum identidem frangeret. Sed pereommodè accidit, ut eo tandem liberati fuerint, eventu quodam cæterorum vota secundante. Cum Hylam, comitem sibi charissimum sibi pressus vehementi, misisset in continentem, ut recentem sibi aquam afferret, Hylâ in fontem unde haurire volebat, delapsus raptor in navi percrebuit, eum à Nymphis rapto esse. Hercules ergò relictis sociis, comitem quæsiturus, profectus est. Ex hoc casu ortum duxere illa festa, quæ in illa Regione celebrabantur, quibus incolæ per avia & devia silvarum, Hylam inclamantes discursabant.

Interea variis incommodis Argonautarum patientia inter navigandum exercebatur. Ingens subière periculum, cum per Symplegades ægrè admodum penetrarent, quæ Cyanei scopuli nominabantur trans Bosphorum Thraciæ, in iplo Ponti Euxini ostio, quæ coire & intercludere transitum videbantur. Sed tandem salvi in Colchidæ appulere.

Jason rarus Medææ Regis filiaæ favorem sibi comprimis forè periculum, in ejus se benevolentiam insinuavit, quæ magicis artibus & incantamentis, quibus valebat plurimum, monstra ad custodiam Aurei velleris disposita, gravi sopore oppressit, quo deinde feliciter ille potitus est.

Pauato facinore Jason sibi fugâ consulere debuit cum  
Medea,

Medea, quam & in conjugem accepit, licet tam expertus omnis humanitatis foret, ut Abyrtum fratrem, secum assumptum disceperit, artubus per viam latè dispersis ut Æthiâ patre, qui eos insequabatur iis colligendis diltraçto, haberent otium quo se commodè subducerent.

Vix in Thesaliam venerant, cum Ælonis sacer gratiam occupatura, cum suis incantationibus & præstigiis jam decrepitum primæ juventuti restituiti odium deinde ultura, quo Peleus eos persequabatur, perfiditatem ejus filia-bus iniecit, eandem artem in patre, jam extremâ ætate confecto, experiendi. Et jam persuasæ, patris membra in minutas dissecta partes, cum herbis ab ipsa acceptis in ahero decoxerant; sed eventus spem evertente, fraudem demum agnovère non sine ingenti dolore, quod tam crudeli morte proprium patrem sustulissent.

Vivebat interim cum Jafone conjugæ suo Medea conjugissimè, ex quo jam duas proles susceperat. Sed Jason Corinthum profectus, eamque pertæsus, cum Creontis Regis aulam frequentaret, Creusæ Principis amore captus, eam sibi conjugem adjunxit, beneficium oblivis, quibus Medææ obligatus tenebatur.

Medea injuriam ulcisci statuit, & hanc mutationem sibi non displicere simulans, novæ sponsæ Capsulam, monilibus aliisque rebus pretiosius refertam transmisit, in gratulacionis specie, ob felices cum Jafone nuptias celebratas. Sed erant omnia tot maleficiis fascinisque illigata, ut apertâ arculâ ignem evomerit, quo universum palatium, cum sponsa & Creonte patre, miserabilis incendio conflagravit.

Jason maleficii pœnas repetiturus ad Medeam advolat: præstolatur illa imperterrita, in ejus oculis prolem utramque ex eo susceptam jugulat: deinde in binos Dracones præstigiis advocatos insilit, à quibus per æera Athenas translata est, ubi Ægæo Regi nupta Medum ex eo peperit. Cum Theseum veneno tollere quævisset, in fugam cum Medio filio compulsa, in illam partem Afiz se transtulit, quæ nomen ab ea sortita est, ubi reliquum vitæ exegit.

## CAPUT VII.

*Historia Cadmi, & Thebanæ Civitatis.*

**A** Genor Rex Phœnicie Europam filiam à Jove raptam, ut lib. 1. cap. 3. retulimus, cum ingenti dolore intelligens, Cadmum filium in variis orbis Regiones ad eam inquirendam dimisit, cum imperio, ne umquam, nisi eà reperit, in patria compararet. Cadmus diversas provincias pervagatus, cum ne vestigium quidem illius reperisset, animi dubius Delphos concessit, quid sibi agendum esset, Oraculum consulurus. Hinc responsum tulit Bovem ipsi obviaturum, à quo designandus locus, ubi domicilium figeret, & novam urbem excitaret: porro Bovis occursum, Bœotia nomen dedit Regioni. Deos igitur sacrificio placandos ratus, socios ad Dircem fontem aquarum misit, ubi à Dracone ex improviso impetiti in prædam bellæ cesserunt. Cadmus in ops consilii à Minerva in spem erectus est, iussusque ad conficiendum Draconem illum proficisci, & excusos dentes in terram seminare: quo factò ingens hominum armatorum exercitus ex illo semine prodiit, qui statim mutis sese vulneribus conderunt, quin tantum sortem meliorem eligentibus, qui Cadmi obsequiis volentes se addixerunt, & ad condendam Civitatem, patriamque, incolis frequentandam, suam operam liberaliter obtulerunt.

Ita Thebanæ Civitas ædificata est, ubi plures annos regnum obtinuit, numerosâ prole audus. Inter quas Ino, Semele Bacchi mater, & Agave, quæ in consortio Mænadum aliquando in furias acta, Pentheum filium, hos enormes ritus carpentem, interfecit.

Cadmum deinde cum tota familia gravissimæ calamitates excepere, ita ut urbem suam Amphioni invadenti cedere sit coactus, qui postea ad Lyrae modulus Civitatis moenia extruxit, & cum uxore ad Illyricos se recipere, ubi ex voto in serpentes ambo sunt conversi.

Hic silentio præterire non debeo Civitates Thebarum nomine plures antiquitus extitisse. Nam inter alias una fuit

fuit in Cilicia Andromache Hectoris conjugis natalis, quam Græci ad obsidionem Troianam proficiscentes ferro flammâque exciderunt. Aliam Ægyptus habuit, reliquis amplitudine celebriorem, & centum portis insignem quæ Provinciæ Thebæidi nomen fecit, tot olim Anchoretarum coenobis frequentata. Omnes tamen famâ gloriâque superavit quæ in Bœotia sita est, sive ob maximam bellæ, quæ ibi gesta sunt, sive ob Heroës illusterrimos, ut, Ephaminondas, Pelopidas, aliosque quos Græci ad sempiternum decus protulit, tum vel maxime, quod natalis fuerit Baccho, Herculi, & Pindaro qui inter Poëtæ Lyricos principatum obtinuit. Præluferant hujus felicitati apiculæ, quæ in fantis in cunis jacentes orceratim involantes, mel in puelli labiis potuisse memorantur. Præfagium etiam futuræ gloriæ fuit, quod diem ejus natalem Nymphæ cum Pane aliisque accolis festâ lætitiâ celebrârunt. Ipse Alexander magnus tantum virum fecit, ut cum Thebas milium libidini diripiendos traderet, Pindari domum servari voluerit, isque omnibus parci, qui ex ejus familia essent oriundi.

## CAPUT VIII.

*Historia Oedipi.*

**L**aius Thebarum Rex, ductâ in conjugem Jocastâ Creontis Thebanæ Dynastæ filiâ, ex Oraculo futurum intellexerat, ut à prole ex illo matrimonio suscipienda occideretur. Mandavit itaque Jocastæ, ut foxcus omnes à primo statim ortu suffocaret. Sed cum Oedipum peperisset, tam barbarum facinus execrata, militi jugulandum dedit, qui & ipse innocentis puelli commiseratione motus, plantulas perforare satis habuit, vimineque trajecto, ad Cytheronis montis arborem suspendit, brevi, ut putabar, inediâ moriturum. Cæterum cum Phorbas Polybii Corinthiorum Regis pastor, illac iter faceret, audito vagitu accurrens puerum servavit, in quo cum raram pulchritudinem futuræ in-

solis indicem observasset, eum Regina dominæ suæ magni muneris loco donavit, à quo filii loco magno studio educatus, & à pedibus ex vulnere tumebus Oedipus est appellatus, quæ vox Græca plantarum tumorem Latine significat.

Grandior deinde natus factus, se Polybii filium non esse, ut putaverat, intelligens, de patre oraculum consuluit, à quo edoctus se in Phocidæ reperturum, illuc contendit, ubi Laium patrem in exorta forè in populo seditione compescens laborantem imprudens interfecit, cumque de patre nihil certi compeisset, Thebas revertit.

Interea Juno adversus Thebanos odio stimolata, monstrum immisit Spingem, cujus caput puellæ, corpus canis, alæ volucris, unguis Leonis, cauda Draconis similitudinem referebant. Hoc monstrum scopulo, viæ imminebat insidens, insolubilia ænigmata prætereuntibus proponebat, & quotquot dissolvere non poterant, interficiebat. Hinc magna per Regionem undique populatio, a litu jam propè omni ad Civitatem intercluso. Oraculum responderat, ita in factis esse, patriam à tanta calamitate non præ liberandam, quam propositi ænigmatis sensus ex vero redderetur: quo inam videlicet animal manè quadrupes meridie bipes, vespere tripes esset. Creon, qui Laii mortuo Regnum occupaverat, totâ Græciâ publicavit, se questionem solventi Regnum simul & Jocastam Laii viduam cessurum. Oedipus gloriæ cupidus sese obtulit, & ænigmatis nodum ita dissolvit, & hominem esse interpretatus, qui manè, id est, in viâ exordio manibus & pedibus reptando, ac veluti quadrupes incedit; Meridie, in firmiore scilicet ætate, ubi vis ei ac robur accessit, suis insiluit pedibus, & incedit bipes: vespere demum ingravescentibus jam annis, languentibusque ætate viribus, baculum veluti pedem tertium assumit, sicque incedit tripes.

Sphinx hanc solutionem tam ægrè tulit, ut alliso ad rumpem capite se interficiens, patriæ magnam quietem attulerit. Oedipus verò in præmium Regno admotus, ex Jocasta, quam suam esse matrem ignorabat, duos filios, Etheoclem,

dem, & Polynicem, totidemque filias, Antigonom & Ismenem suscepit.

Sed hæc felicitate brevi post deturbatus est. Nam Dii ob Laium crudeliter trucidatum nondum placati, pestem in Thebanos immisere, quæ, ut Oracula prodierant, non nisi cædis auctore in exilium relegato, debebat extingui. Ergò in auctorem sit diligens inquisitio, & tandem per Necromantiam, Oedipus facinoris reus esse deprehenditur.

Oedipus compertâ eorum, quæ contingerat, veritate, incestas cum matre nuptias detestatus, tantorum à se scelerum poenam repetens, urriculum sibi oculum effodit, & voluntario exilio peragrè proficiscens, Etheocli, & Polynici filii Regnum reliquit.

## CAPUT IX.

## Historia Thebanorum.

Hoc bellum amplissimam veteribus Poëtis suggestit materiam, in quo stylum suum egregiè exercerent, ut è Latinis Statio, qui libris duodecim illud complexus est, & è Græcis Antimacho, qui ætate Platonis hæc super re 24. libros conscripserat, quibus tamen sola obsidionis illius celeberrimæ præludia & apparatus recensent. Nos bellum à suis principiis repetamus.

Etheocles, & Polynices ex Oedipo fratres, in parte Regni singulis attributâ, velut corporis in membra dissecti vires attererent; utrique expedire indicârunt, si indiviso imperio præessent æternis, & in orbem quotannis mutuo sibi regnando succederent.

Etheocles igitur, ut natiuitatis ordine, ita & dignitate primus regnavit: sed anno imperii evoluto, tanto gubernandi amore inefectus fuit, ut sceptrum sibi ab altero è manibus eripi pati non posset.

Polynices armis occupaturus quod jus & ratio ipsi concesserat urbem obsidione cingere statuit, Adastro, Argorum Rege in belli societatem advocato, quorû jam federa

ra inierat, ejus filia in conjugem accepta. Nec Adrastus genero desuit, sed collectas ex toto Regno copias, & acceptos à confederatis sibi principibus subsidiariorum manipulos, in suppetias misit.

Thebis è contrà ad egregiam omnia defensionem parabantur, & Tiresias artis Magicæ peritus Martem faventem pollicebatur, si tamen Menoœus Creontis filius, & ex Cadmi posteritate ultimus, suam pro salute patriæ vitam sacrificaret. Durior erat conditio, quàm ut Creon ad eam descenderet. Sed Heros fortissimus urbe egressus in omnium è mœnibus prospectantium oculis gladium sibi per viscera transfudit, patre nequidquam obvidente.

Fidem oraculo fecit consecuta Thebanorum in suis adversus obsidentes eruptionibus felicitas. Argis omnibus ad internecionem deleris, ex quibus solus Adrastus supervit. Inter cæcos celeberrimus fuit Hippomedon, qui Gygantæa corporis vastitate spectabilis in sculptam Argi toto corpore oculati imaginem ferebat in Clypeo, solo aspectu formidandus.

Eandem fortunam expertus est Parthenope, cujus laudem hoc uno absolvam encomio, quod moribus & imperio Martem exprimeret Atalantem, principem inter Argos foeminam, quæ jactulando currendoque magnam sibi famam conciliaverat; tam excelsa supra sexum animi magnitudine eminens, ut nullum de nuptiis cum ullo contrahendis sermonem admitteret, nisi cum aliquo ex ætatis illius Heroibus, à quo exercitationibus illis vinceretur. Quod Hippomene præstitit, sed quia in veneratione Cybele debita, nescio quid neglexerant, alter in Leonem, in Lænam altera conversa est.

Pariso Tydeus perit, habitu quidem corporis infra mediocritatem, sed qui animi excellentiâ & generositate, hunc qualenicumque defectum compensaret. Cum enim ad Ethœolem de præventionibus Polynices tractaturus ablegatus esset, indignatus se actum agere, re infectâ ad castra reversurus, singulos aula Thebanæ Duces in arēnam provocavit, secum eo pugne genere certaturos, quod

ipsi

ipsi eligerent, omnesque prostravit quotquot aleam subire ausi fuerant. Hanc suæ gentis ignominiam non ferentes ex fortissimis quinquaginta ad trucidandum per insidias Tydeum in itinere statuerunt, quos & cecidit omnes præter unum, quem ad Polynicen fururum cladis nunciū incolumem remisit. Sed ut eî fortuna bellorum instabilis, telo hæud multò post intra pectus excepto vulneratus est, cujus mortem vindicaturus Amphiraus, militem qui telum emiserat detruncauit, & caput moribundo detulit, quod velut æstro percitus, dentibus laniavit, excussamque cerebrum avidè deglutit. Tante inhumanitatis indignatione, Minerva adeò commota est, ut promissam immortalitatem antè barbaro negaverit, translato ad filium ejus Diomedem beneficio.

Amphiraus artis Magicæ peritus, Dux & ipse in exercitu non ignobilis, certò sibi illa in obsidione occumbendum perspiciens, latebras quæsierat, ne illic proficisci cogereetur. Sed ab uxore proditus, & exercitum sequi ab Adrasto justus, horrendo mortis genere vitam terminavit: miserum enim fugam mediantem, cum curru quo vehabatur, ingente biatu deficiens terra absorbit. Sed postea Diis adscriptus, Oraculis totâ Græciâ nominatissimus evasit.

Tandem singulari inter utrumque fratrem Ethœolem & Polynicen certamine controversa omnis decidi debuit, in quo mutis vulneribus ambo ceciderunt. Neque tamen horum sanguine tanti belli incendium extingui posuit; ipsæ ex Orco fuitæ locum illum occuparunt; sui ab Antigona sorore tumulatum erat utriusque cadaver, quarum opera Malus Granata ibi excrevit, unde sanguis manabat uberrimè, in signum odii immortalis; injectis deinde in eundem rogum cadaveribus, flamma se divisisse dicitur, tamquam inimicitarum particeps, omni conatu ad vivendos ignes frustra adhibito; ita ut cadaver Polynices separari debuerit, seorsum tumulandum.

## CAPUT X.

*Historia Antigoneæ, & belli Thebani Prosecutio.*

Creon, qui voluntariâ abdicatione Oedipo Regnum tradiderat, hoc cum liberis mortuo revoluti fasces imperii cum summa rursus potestate cepisset; regno igitur restitutus hoc primò accuravit, ne sèpeliendo Polynice locus daretur ullus, volens eum à canibus & feris laniari, qui pietatis oblitus, externo milite patriam oppugnâsset.

Nullis tamen minis Antigonom demortui germanam deterrere potuit quominus silentis noctis beneficio in terram clanculum defoderet: sed comperiâ fraude cadaver effodi Rex inhumanus voluit, & volucris exponi laniandum; quod cum Antigona iterum pararet subducere, ab exploratoribus capta, sententiam accepit, ut viva sepeliretur, cujus executionem elisis laqueo faucibus prævenit.

Pœnas desit tantæ atrocitatis barbarus: quo enim tempore hæc gerebantur, Hemon ejus filius, Antigone Amasus quam & sibi in conjugem brevi post futuram designârat, futurus ad inferos amicæ comes, sibi ferro vitam admittit, & Eurydice Creontis uxor, doloris ex filii morte impatiens, sibi pari infaniâ violentas manus attulit.

Atque hæc materia fuit, de qua Sophocles tragœdiam conscripsit, quâ corâ populo Atheniensî exhibiâ, tantum applausum tulit, ut Samum Infulam cum imperio administrandam in laboris & industriz præmium accepit.

Sed de Argis videamus qui & spe obtinendæ Civitatis, & desideratis suorum quam plurimis, omnem latè plantiam prope Thebas cælorum cadaveribus operam reliquere. Quod erat, in illa præsertim hominum cæcitate, lamentabile; putabant miserorum manes à Cymba Charontis tam diu excludi, & diurnâ expectatione suspensos languere, donec eorum corpora sepulcro donarentur.

Adrastus ergo cum Creonte per legatos egit, ne vellet extremis hîc officii mortuos defraudari: sed nihil præ-

ces,

ces, nihil pietas ad emolliendum barbari animum valuere, Adrastus ad belli remedia conversus, cum hosti potentissimo armis expugnando impar esset, Thesei Atheniensium Regis ope imploratâ validissimum coëgit exercitum, quo tandem id effecit, ut cælorum cadavera terræ mandarentur.

Solus Capaneus hoc beneficio exclusus, diviso à cæteris rogo conflagravit, quòd ob blasphemias Jovis fulmine tactus, ideòque Divis devotus esset. Sola Evadne uxor ei non defuit quæ pretiosissimis velut ad triumphum exornata vestibus in ardentem rogam se simul conjecit, raro ad posteras fidei conjugalis exemplo, post fata etiam superstitis.

## CAPUT XI.

*Historia Tantalî & Pelopis filii.*

Quo tempore Argi cum Thebanis variante utrimque fortunæ aléa præliabantur, eodem alibi Tantalus Rex Phrygiæ, & Tantalides ejus nepotes, variis casibus exercebantur.

Impietas hujus principis tantarum calamitatem origo fuit: nam cum Jove natus esset, & die quâdam Dii per orbem divagantes, ad ejus palatium honoris & hospitii gratiâ diverissent, inter alia sercula Pelopis filii, membratim concessi, carnes comedendas apposuit, ut eorum divinitatem experiretur.

Illi verò à nefandis epulis abstinuere omnes, unâ Cerere exceptâ quæ, ut famè premebatur, pueri humerum devoravit; alii commiseratione moti, principem adolefcentem vivis restituerunt, reductâ per Mercurium ab inferis animâ, singulisque membris in pristinam formam compositis, humerum tamen eburneum, in alterius à Cerere absumpti locum substituere, cujus attractu morbi quilibet continuo curabantur.

Tantalum verò impiæ crudelitatî reum ad inferos detulerunt, ubi medias inter undas, copiamque fructuum, quos nequidquam capere nititur, fame sitique insatiabili

&amp;

& immortalis cruciatur. Alia vide lib. præcedenti, capite ultimo.

Filiam antea susceperat nomine Niobem, quam sua vanitas & superbia perdidit: cum enim numerosam sobolem rariâ fecunditate genuisset, eò devenit arrogantia, ut ipsi etiam Latonæ se præferret. Mulieris temeritatem Apollo & Diana non ferentes, liberos ejus omnes unâ Chloridæ excepit, sagittis confixerunt, ipsa rudio & mœreore emaruit: unde orta occasio, eam in saxum obriguisset fabulandi.

Pelops relicta Phrygiâ in Elidem se contulit, ubi forma Hippodamiam, Oenomai Regis filiam, caprus, eam sibi conjugem designavit. Verùm Oenomaus, Oraculo edoctus, fore ut generi gladio interiret, hanc filiam procis conditionem imposuerat, ut qui nuptiis filiam potiri vellet, secum prius curruli certamine contenderet, & victus morte plecteretur.

Nec legem Pelops recusavit: sed aleam certaminis subiturus, industriâ hic maximè utendum ratus, multâ promissorum ostentatione Myrtilum Oenomai Aurigam sibi demeruit, qui ejusmodi artificio currus axes disposuit, ut in medio cursu rumpentur, derubarbo fessore Oenomaio, qui labendo cervicem fregit, & Regnum Pelopi cum Hippodamia filia reliquit. Hic imperio positus, longè latèque gloriam suam exultit, & Peloponensio, quam hodiè Moream dicimus, nomen indidit. In Atreo tamen & Thyestes filius infelix fuit, quamvis Agamemnon & Menelaus, ex Atreonepotes, qui illâ etate nominis gloria floruerunt, hanc labem utcumque compensarint, ut infra videbimus.

## CAPUT XII.

### Historia Atrei & Thyestis.

**O**diū implacabile quod hos inter fratres intercessit, tot tragecias excitavit, quas sigillatim enarrare prolixum foret. Thyestes in hoc unum intentus, ut Atreo quomodocumque displiceret, ejus uxore per adulterium polluta.

luta, in turum locum se recepit. Hinc Atreus Thyestes liberos jam suæ fecerat potestatis; & simulatâ præteritarum offensarum oblivione, ad convivium invitavit, in quo æquâ utrinque gratiâ, amicæque omnem controversiam dirimerent, componerentque Thyestes haud gravitate adfuit, ut qui suavisimo liberorum aspectu frui vehementer perciperet. Sed sublatâ mensâ, Atreus sola eorum capita, ressecissisque manus ei ostendit, addiditque nullas ipsi in mensâ carnes ministratas, quam ex dilectis eorum corporibus. Poëta ut tanti malefici atrocitatem nobis ob oculos ponerent, asserunt Solem reconditiâ subito facie obcuratum versus Orientem iter reflexisse, quasi inhumanissimi hominis facinus detestantem.

Et ut aliud ex alio crimine nascitur, cum Ægyptus Thyestis nothus, quem fama mortuum vulgaverat (suerat enim foris in silva expositus, sed à capris ibidem enutritus, unde & Ægyptus dictus est) jam adoleverat; cujus operâ furibundus pater uti voluit, conceptam in Atreum rabiem satiari, Ægyptus patris injurias vindicandas cupidè amplexus, furore Atrei sanguine manus intinxit suas, filium ejus Agamemnonem à Troiana reducem obsidione, à propria uxore Clytemnestra, quam corruerat, proditum, nefariè è medio sustulit.

Dicemus alibi, quemadmodum Orestes patris Agamemnonis mortem sit ultus, cum Ægyptum patris sicarium interfecit, soluto etiam in propriam matrem furore, ob perfidiam in virum exercitam.

## CAPUT XIII.

### Historia Progne & Philomela Sororis.

**C**asus etiam tristissimos hæc Historia complectitur, idèdque non minus quam præcedentes à Poëtis celebratur. Progne Pandionis Atheniensium Regis filia, ex Tereo Thraciæ Rege principem nomine Irya suscepta. Contigit subinde, ut Tereum Athenas cogitantem roga-





lio in captivitate adducto, qui tamen Ilyro à subditis perfoluto, poëta dimissus, nomen Priami, quod redemptum græcè sonat, retinuit.

Priamus imperio restitutus Regno suo alias ajecit Regiones, & reparatis, quæ temporum injuriâ conciderant, Troianis moribus, ductoque circum aggere, ac erectis multis propugnaculis, urbem, quæ à tempestate Pergama dicebatur, novo splendore exornavit.

Hecubam Tiacix Regis filiam uxorem duxerat, ex qua plures suscepit filios; nominatim Hectorem, Polium, Deiphobum, Helenum vaticiniis clarum, Troilum, Paridem, & Polydorum. Ex ejus filiabus illustriores fuerunt Polyxena, Cassandra & Creusa: aulam habuit gloria & magnificentiâ celeberrimam, vitamque ad extremam usque senectutem fortunatam traduxit. Favorem tamen inelemeuti ea sibi sensu doluit eripi, quæ habuera: jucundissima: in ejus enim oculis Troia funditus eversa est, quæ annis tantum trecentis steterat. Casus tam funesti historiam videamus.

## CAPUT XV.

## Historia Paridis.

**H**ecubæ Paridem, qui & Alexander dicitur, in utero gestanti per speciem objiciebatur sæpè, ardentem faciem se ferre, quæ bellum aliquando in patria accensura esset, solo incolarum omnium sanguine, exitioque, restinguendâ. Ideoque vix lucem aspexerat, cum Priamus Archelao militi in silva feris objiciendum tradidit, ut imminentem patriæ pestem averteret.

Sed mater viso pulcherrimo Pussone, molliori consilio pastoribus in Ida monte sollicitè educandum clam commisit. Educacio tam vilis, & à Regia conditione tam aliena, sopire non potuit egregios illos spiritus, quos ipsi natura cum sanguine indiderat. Nam ut primum adoleverat, animi magnitudinem, prudentiam & æquitatem, Rege dignam, in omnibus præferebat. Nihil in eo puerile præ-

ter

teritatem nihil rusticum, præter cultum corporis, in ipso norabatur; ita ut à Junone, Pallade & Venere dignus sit judicatus, qui oram inter ipsas controversiam suo arbitrio dirimeret. Litis materiam dederat in Pelei cum Theyde nuptiis pomum, à Dea Discordia in medium projectum, adjecta inscriptione: *Detur pulcherrima*. Sed Patrii Veneris captus illecebris, quæ pulcherrimam sceminarum illi uxorem promiserat, pomum ei adjudicavit, neglectis opibus quas Juno pollicebatur, & contemptâ; quam Pallas offerebat, sapientiâ: quo facto Dæx utriusque odium in se suamque gentem accersivit.

Nata est subinde alia occasio, ubi, qualis esset, se præstitit. Convenerant ad Troiam ex patriæ nobilitate illustrissimi quique ad lusus quosdam Palæstricos, in quibus de victoria singuli concerbantur. His immixtus in terram descendit quotquot sese illi obtulerant: Hector ipse Priami filius suas contra eum vires expertus, manus dedit, sed tantâ indignatione commotus, ut Paridem ex specie velut agrestem despiceret, & mortem intenderet, nisi Paris nescio quæ crepundia, à Matre patri suo nutritio olim tradita, ostendisset, quibus se Germanum ejus esse aperuisset.

Rex Priamus, qui ejus in certamine fortitudinem induriamque, cum stupore spectaverat, incredibili gaudio persusus de servato sibi tali tantoque filio, eam amplexus in palatium duxit, ubi cultum & comitatum Regio dignum Principe ei attribuit, vaticinorum jam oblitus quibus eum oracula funestum aliquando patriæ futurum prædixerant.

Cum autem nihil nisi magnum appeteret, aulæ delicias brevi pertæsus, classem viginti navium apparavit, specie quidem repetendæ in Græcia Hesionis amicitia; sed aliâ ab Hercule raptam jam Telamon habebat: revei ut suggestum sibi à Venere consilium de rapienda Helena exequeretur, quæ Castoris & Pollucis soror Menelao Spartanorum Regi in Peloponeso nupserat. Itaque Spartam rectâ contendit; ubi, agente clam Venere omnibus humanitati officis exceptus, in aula morari sine ulla suspitione permisus est; cum Rex interea negotiorum causa ad Cretam Insulam navigavit.

E

Non

Non potuit illa Regis humanitas proditiōnem impedire, quam Paris jam diu animo designa verat, nam & Helenā, occultis jam colloquiis sibi demeritam, occasione opportunē usus, Troiam abduxit: licet dissentiat Herodotus: sic enim Dares & Diſſys referunt, qui & Troianæ obſidioni interfuere, & illius temporis Historiam complexi sunt.

Priamus filii consilium non improbat, sive ob recentem memoriā injuriarum, quibus à Græcis captus affectus fuerat, & Troianæ cladis, regnante Laomedonte, ab eis acceptæ; sive quod speraret Hestionem sororem ex eorum manibus hac viā liberandam.

## CAPUT XVI.

*Græcorum adversus Troianos conspiratio.*

**A**gamemnon Mycenarum Rex in Peloponeso, Argis vicinus, Menelai partes inter primos suscepit: erant enim, ut cap. 12. retulimus, Germani ex Atreo, à quo & Atreides dicebantur. In hoc eigo laborare debuit, ut principibus Græciæ proponeret, quantum dedecus hoc Paridis audax facinus toti genti suæ attulisset. In unum deinde omnes locum ad deliberandum convenere, & omnium provinciarū vires sub imperio Agamemnonis cogendas esse decreverunt, ut tantam injuriam vindicarent; præstitum deinde à singulis jurandum, quo se adstringebant, non prius arma deponere, quam à Troianis meritas pœnas exegissent.

Fuere nonnulli, qui se ab hoc bello eximere voluerint, qualis Ulyſſes Laërſis filius, duarum in mari Jonio Insularum, Ithacæ & Dulichæ princeps: hic amore Penelopes conjugis, ex qua filium susceperat, nomine Telemachum, ita adstrictus tenebatur, ut ab ejus congressu se avellere non posset, infaniam in hunc finem simulans.

Jumentis ad aratrum utebatur, planè ineptis littora mari contigua profcindens, & pro tritico salem disseminans. Palamedem oculatiorem cæteris hoc dolo fallere non potuit, qui ut hanc astutiam detegeret, Telemachum ejus  
filium

filium, ex sinu Penelopes abreptum, in eum locum deposuit, quo Ulyſſes aratrum adducturus videbatur. Hic, ne noceret proli, aratrum verit, quo factō palam fecit, eam, quam præ se ferebat amentiam quæsitam esse, & artificio simulatam, atque ita detectā fraude, ad commune cum aliis consilium suscipiendum compulsus est. Paruit ille quidem, temporī cedendum ratus; sed acceptam à Palamede injuriam in obſidione ante Troiam ultus est, quando supposititias à Priamo ad ipsum litteras in vulgus misit, quibus gentem suam prodere visus, à furente milite fraudis ignaro lapidibus appetitus occubuit.

Movit etiam difficultatem Achilles Pelei & Thetidis filius, qui corporis animique robore invincibilis habebatur; & nisi obſidioni interesset, Græcorum adversus Troianos irritos fortè conatus ab Oraculis responsum esse ferebatur. Thetidis hujus præſcia, eum cum Patroclo amico & consanguineo, à prima juventute in disciplinam Chironi Centauri, viri Musicæ, & medendi arte clarissimi, tradiderat, omnibus scientiis sed maxime arte militari, informandam.

Hunc, loco lactis, aliorumque ciborum vulgarium, Leonum & Aprorum medullis nutrebat, ut horum animantium fortitudinem in ipsum eum nutritione traduceret; eundem in stygem Thetys immerſit, cujus aquarum virtute toto durus & impenetrabilis corpore evasit, præter extremam pedis partem, quā eum sustinens undis intinxerat. Neque tot jam munitum præſidiis ausa est belli tam ancipitis discrimini obicere, sed habitu puellari testum in aulam Lycomedis Regis clam subduxit, ubi in Pedisse quarum è Gynæceō virginum mores se assimulans Deidamie amore captus, Pyrrhum, alias Neopolemum, ex ea suscepit. Ulyſſes fraudem odoratus, ad Lycomedem se contulit, cum variis ad Gynæceam muneribus; quibus cum nescio quæ arma miscuisset, Achilles reram militarium à natura & educatione studiosissimus, ea subito sibi arripiens,

piens, se, quis esset aperuit. Cum ergo à sequendo exercitu eximi non posset, Thetys per Vulcanum arma cuius tantà arte voluit, ut nullis jaculis essent pervia, & ita inter media pericula tectus & illæsus persisteret.

Portus Aulidis in Bœotia, è regione Eubœæ Insulæ situs, locus erat conditus ad exercitum colligendum: aliquot interea effluerant anni, prius quam omnis apparatus ad tanti momenti expeditionem necessarius præsto esset, & classis mille ducentis ratibus constans vela facere posset; quibus comparatis casus quidam molestissimus iter impedivit.

Res ita contigit: Agamemnon, totius exercitus Imperator, die quâdam cum venatione mentem recrearet, cervam Dianæ charissimam fortè confixit. Illa injuriæ impatiens, contagiosâ lue incleat exercitum, quæ molhos sustulit; & in mare venos immittens, concia tempestante navigationem remorabatur. Consultâ hac de re oracula responderant. Dianam solo Agamemnonis sanguine placari posse. Ulysses Deorum mentem feliciter interpretatus, Iphigeniam Regis filiam sub alio prætextu in castra accivit: quam cum in conspectu afflictissimi patris immolare pararent, Diana innocentis commiseratione tacta, ejus loco cervam substituit, eamque in Tauricam Scythiæ provinciam in templum sibi dedicatum transtulit, & Thoanti Flaminum principi traditam sacris ministrare voluit. Exinde felicitus auspiciis cæpta expeditio, & admotus ad Troiam exercitus. Solus Telephus Rex Myxiæ ausus est transitum negare. Sed ab Achille in conspectu lanceâ vulneratus, cum nullum curandi vulneris remedium inveniret, oraculo responsum est, fore ut eâdem hastâ, quâ vulneratus erat, sanaretur. Reconciliarius itaque Achilli, qui in schola Chironis medendi artem didicerat, ab eo impetravit, ut ex hastâ, quâ ictus erat rubigine, Malagma conficeretur, & vulnere suo imponeretur: quo factò sanicatem est consecutus.

## CAPUT XVII.

## Troia Obsidâ.

Græci, castris ad urbem locatis, majoribus animis excepti sunt ab obsessis, quàm sibi antè persuaserant. Priamus omnium providus necessaria omnia in locum convexerat, ut quam diutissimè sustinere posset obsidionem. Accesserant opportuna subsidia à Memnone, inter Duces sui temporis clarissimo, qui copiosum militè à Rege Assyriorum adduxerat. Penthesilea, Regina Amazonû, aderat cum selectissima militum manu: aderant & Rhœus Thraciæ Rex, & Sarpedon Jovis Lyciæ Regis filius. Sed Troiani spei maximam in suum *Palladium* collocarant, quod erat cœliûs demissa Minervæ statua, in qua totus præsentis belli successus situs esse credebatur. Hoc enim pro certo responderant Oracula, quamdiu illud servatum essent, Troianos numquam superandos; cuiusmodi apud Romanos regnante Numa Pompilio *Ansile*, quod in parvi clypei speciem efformatum è cœlis accepterat.

Sed Diis utebantur maximam partem sibi adversantibus: nam, ut refert Homerus, cum in hunc finem coram Jove convenissent, alii in aliam sententiam abierunt, ita ut propè factum fuerit, ut in bellum res omnis recideret: Apollo Neptunum, Martem Minerva, Diana Junonem, Latonam Mercurius, & Scamander fluvius, à Diis Xanthus nominatus, Vulcanum oppugnabat.

Certè Scamander omnem agrum Troianum ab Achille, desolatam, ac undarum suarum cursum occiforum cadaveribus impediri indignatus, adjuncto sibi fluvio vicino Simoënte, sese extra alveum late effudit, & Achillem fluctibus sepelisset, nisi Juno malo occurrerit Vulcanum in ejus auxilium immisisset, qui luculentâ flammâ circumdatus magno impetu in miserum Scamandrum insiluit, & ejus aquas magna ex parte consumpsit.

Tenuit hæc obsidio ad multos annos utrique parti propè

ex æquo funesta. Complures ibi rerum gestarum gloria inclyti pugiles occubuerunt, nec pauci egregie factis nomen suum immortalitati consecraverunt.

Secundum Agamemnonem & Menelaum Reges, Achilles animi magnitudine, aliisque virtutibus facile supra ceteros eminebat. Ad hunc proximè accedebant Patroclus quo chariorem habebat neminem, Idomeneus Deucalionis, Ajax Thelamonis filii, alius item Ajax et Oïlo Locrorum Rege, qui pernicitate in currendo, & intendendo arcu industria, ceteros excellebat. Neque inferiores tuere Stelenus Tydei filius, eique amicissimus Diomedes Rex Etholiz Capanei filius, alius tamen à Diomedes Rege Thraciz, qui Herculi crudelitatis poenas dedit: erat enim morum comitate gratissimus, idemque in praerando impeterritus: ruebatur in confertissimos hostium cuneos instar fulguris, ait Homerus, vel torrentis rapidissimi: ita ut soli Achilli & Aiaci Thelamonidi primas concederet, Ulyssen junctam cum generositate industria indolis, & in stratagematis ad circumveniendum hostem astutia, plurimum commendabant.

Nestor licet ætate grandævus, (annum enim tunc agebat trecentissimum) consilii dexteritate tantum Græcorum rebus profuit ut Agamemnon profiteri non dubitaret, brevi se illum fuisse expugnaturum, si centum Nestores habere contigisset: nam præter summam prudentiam ætatis diuturnitate collectam, tantam præterea eloquentiam excelluit, ut ex ejus ore nulle dulcior fluere diceretur oratio. Græci etiam sapienter providebant, ut viri in castris essent rerum omnium peritissimi, qui pro sua quisque scientia belli necessum ad vota promoverent. Aderant divinentiæ arte præstantissimi Calchas & Eurypius, quorum auguriis & prædictionibus cuncta ordinabantur. Ut taceam Machaonem Æsculapii filium, in curandis morbis & vulneribus veratissimum felicissimumque; & Epeum qui præter complures alias machinas bellicas, arismet sive equum reperit, quo ad diruenda moenia utebantur. Solus erat in tanta clarissimorum virorum multitudine merito vituperandus Therxites qui

quidam, ingenio bardus, & corpore insigniter deformis, qui cum ipse nihil ageret, carpebat tamen ceteros, & sapientissimos quosque proacriter convitiabatur, quem & hoc nomine Achilles inflicto colapho interfecti.

Qui ex Græcis primus ex navi in Troadis litus insiliit, Proteuslaus fuit, quem Hector è vestigio lanceâ confixum in terram prostravit. Uxorem habebat Laodamiam, quæ hoc unum doloris sui solacium à Diis impetravit, ut mortui umbram posset intueri: sed in ejus amplexibus continuo expiravit.

Cruenta fuit imprimis hæc obsidio, obfessis in hostilia castra frequenter erumpentibus, desideratis semper utrimque quamplurimis. Ex Priami filius Troilus adhuc adolescentulus cum Achille congressi ausus cecidit, non sine gravissimo Troianorum dolore: eo enim vivo Troiam capi non posse, ab Oraculis accepterat. Hector frater natu maximus ejus mortem ultus est magnâ Græcorum cæde, quotquot cum eo manus audebant conferere: eratque inter Troianos ejus nomen adeo celebre, ut ad delendum hostilem exercitum, eum unum sufficere passim dicerent.

Interea Græcis Troiani minus nocebant suis eruptionibus, quam suas mulieres illecebris Agamemnon filii sacerdotis Apollinis turpiter abusus pestem in castra accersivit, quæ tam diu grassata est, donec Achilles, Calegantis auguris consilio, ut iratum Numen placaret, eam ad suos remisit. Agamemnon jaçturæ illius impatiens, furore in Achillem converso, Briseidem, à Patre Brise ita appellatam, alias Hippodamiam, è abstulit: quæ diffidii causa fuit inter utrumque implacabilis, Achille imperium detrectante, & exinde arma sumere pertinaciter recusante.

Sed contigit ut Patroclus, Achilles armis indutus, Hectorem imprudenter lacessi verit: cum autem nec robore Achilles nec industria polleret, ab eodem confossus occubuit. Gravissimus hic casus Achilli fuit: erat enim cum Patroclo summa familiaritate conjunctus: rediit itaque in castra, certus amici mortem ulcisci, vel pari cum eo fato abire ad tartara: ubi recentibus à Vulcano missis armis cata-

phraëctus, Hectorem ad certamen compulsum interfecit; & ter circum Troiæ mœnia & Patrocli sepulchrum bigis alligatum cadaver rapta vit; vendidit denique Priamo Patri, ut pro suo arbitrio desponderet.

Mors Hæctoris plurimùm in Troianos perculit, multò tamen amplius cædes Pentheſſiæ Amazonum Regiæ, Achilles manū interfecit; & universos sociarum ejus exercitus ad interacionem deletus, vel Diomedis opera Scamandri fluvii undis consepultus.

Memnon hanc reparare jacturam existimabat, in quem spes Trojanorum omnis & oculi erant defixi, sed ab Aiace Thelamonide, primùm graviter sauciatus, deinde ab Achille in singulari certamine interfecit est. Diximus cap. 10. quantum hoc factò Aurora, ejusdem mater, indoluerit, & in avem sit conversus.

Regina Hecuba ad Memnonis & illustriſſimorum è filiis suis cælem vindicandã conversa furore omnem in Achillem effudit, adhibito ad eum trucidandum Paride, qui fraude in consiliū advocatã, cum Achillem Polyxenæ sororis amore captum advertisset, spem fecit ejus obtinendæ, & prætextis hæc super se colloquendi specie, in templum Apollinis allecctum ex improvſo adortus, eam pedis ejus partem telo transfixit; quæ sola ex toto corpore patebat vulnere, quod Stygis aquis non fuisset intincta.

Terruit tam funestus ducum forſissimi interitus Græcorum animos, qui in Sigæo promontorio ad perpetuam memoriam sepulchrum ipsi erexerunt, ubi Aiæx pluresque alii Heroës tumulati sunt. Orta subinde Aiæcem Thelamonidem inter & Ulyſſem de armis Achilles gravissima controversia est, Aiæce cum ratione meritoriorum etiam jure affirmatis ea sibi vindicantem. Ulyſſes nihilominus suã eloquentiã, quã omnium animis quodammodo imperabat, apud omnes exercitus duces tantum valuit, effecitque, ut, ringente licet competitore, ea obvenerit, quod Aiæcem sic in furorem egit, ut mentis insaniã correptus, in suos sibi fortè obvios se videri, ratus esse Agamemnonem alioſve, quorum sententiã causã ceciderat. Verùm ubi ad mentis sanitatem

nitatem rediit seque delusum cognovit, acri dolore compulſus, gladio, quem ab Hectore dono acceperat, se confodit. Ita proverbii illius veritas patuit, quod apud Græcos omnium sermone invaluit. Ita & Hæctor, ad securum ab Aiace vicissim acceptum alligatus, raptaus fuerat.

Jacentes Trojanorum animos mors Achilles erexit: sed brevè gaudium recens excepit calamitas. Pyrrhus Achilles filius, ex Græcia appulſus, supra ætatem judicii maturitate commendatus, in parentis munia, parim rebus gerendis felicitate successerat, cuiusque mortem in variis cum hoste præliis, ubi & Paris morte perſiciam hui, fortissimè vindicavit: volunt alii Paridem, à Philoctete Herculis saginã interfecitum.

Accessit Troianis ad infelicitatis cumulum, ut Ulyſſes cum Diomede Palladium, cui civitatis fata inesse credebantur, furim eis abſtulerit. Ita coactus est Priamus pacisci cum obſidentibus; quamvis apud animum pertinaciter stauisset, Helenam nunquã se dimittere, quam ex ejus liberis Deiphobus mortuo Paride, in uxorem acceperat.

Aneas & Antenor Civitatis nomine pacis negotia tractaturi in castra admissi sunt, quæ in hæc conditiones utrimque conclusã est, ut Troiani Græcis certam aurivim penderent, & in patriam renavigatus copiosam annonam suppeditarent.

## CAPUT XVIII.

## Troia occupatio &amp; direptio.

Græci his legibus pacem cum Troianis simulatè sanciverant, ut incantos facilis opprimerent. Finxerant etiam se Mineram placare velle muneribus, quam ablato profanatoque Palladio, de quo supra, non levis offenderant. Hæc igitur obtentã religionis specie, prodigiöse magnitudinis equum magno artificio fabricarunt, in quo conclusis militum fortissimis, eoque ad urbis mœnio relicto, simulantes abitum, in Tenedum Insulam, consilii successum expectaturi, se recipiunt.

Et habuit dolus qui sperabatur exitum. Nam Troiani ex urbe in qua tam diu conclusi fuerant, egressi, cum locum castrorum, & militum stationes perlustrarent, in fatale illum equum incidunt, cujus molem ac artificium admirati, de eo in urbem invehendo deliberationem instituant; aliis autem in aliam sententiam abeuntibus.

Laocoon indignatus equum hastâ confixit. Sed visi sunt Dii hæc offensâ esse injuriâ duos enim serpentes immisere, qui percussore cum duobus filiis occiso, ad pedes statuae Palladis se abjecerunt, quo viso Troiani equum in urbem inducere statuerunt.

Commovit tamen eorum animos multò magis Sinon quidam ab Ulyssè subornatus, qui se exploratorem à Græcis relictum esse simulans, mentiebatur inter cætera, Deos à Græcis cum in prociñctu starent ad navigandum, petivisse à sua gente hominem sibi immolari, ut felici navigatione uterentur; se verò coactum saluti suæ fugâ consulere ut Ulyssis crudelitati se subduceret, qui capitali erga se odio fecisset, ut fatalis in eum fors recideret. Fingebat præterea Græcorum in equo fabricando se sibi gratiam reconciliarent, quem tantæ magnitudinis fecerant, ne Troiani eum per portas in civitatem suam inducentes, ad Græcorum perniciem eo uterentur.

Hæc aliaque ejusmodi mendacia tanta cum veritatis specie à sycophanta relata sunt, & à Troianis accepta, ut tantam muro-um partem diruerint, quæ ad invehendum equum sufficeret; eoque in medium urbem adducto, ad epulas & choreas se converterunt.

Incolis igitur somno vinoque sepultis, Sinon opportune usus occasione, equi ventre recluso, latentibus intus militibus egressum præbuit, simulque in editorio loco accensis ignibus, Græcorum exercitui, per tenebras furtim accedenti, ex conditico signum dedit: qui sine mora per moenium ruinam, reluctante nexine, per omnia urbis compita sese effudit, omnia ad primum signum ferro flammaque direpturus.

Pyr-

Pyrrhus, patris mortem ulturus, ad palatium Regis properavit, ubi ante aram Jovis Priamum cum Polite filio trucidavit: deinde Polyxenam jugulavit, ut eam patris manibus sacrificaret, qui ejus amore nuptiasque expectiverat. Andromachæ Hectoris uxori vitam condonavit, eamque abduxit in Græciam, ubi ex ea Molossium filium suscepit, qui deinde Epiri partem in regnum obtinuit, suumque ei nomen indidit.

Aiæ Locrorum princeps, Cassandram signum Palладis ut asylum nequidquam amplectentem violavit: quam tamen Agamemnon ferro subductam sibi attribuit, captus ejus pulchritudine, aliisque virtutibus, quibus excellebat.

Helenam conjugem suam Menelaus recepit, Deiphobos, qui eam sibi copulaverat, è vivis sublato. Ulysses Heubam sortitus est.

Helenus futuris ex vero prædicandis clarus, Pyrrhi beneficio servatus est, quem & deinde in multis erga se perhumanum expertus est, eò quòd impedivisset, ne navi cupiam se committeret, cujus naufragium secuto eventu prædixit.

Parum etiam absuit, ut parvus Astyanax Hectoris filius in vivis servaretur Andromachâ matre sollicitante, quæ plerisque Duces suis lacrymis & precibus emolliverat; sed Ulyssè contranitente ex summa turri in subjectam rupem præcipitatus est, ne, ut ipse agebat, de ulciscendo patre & patriâ aliquando cogitaret. Quod tamen privato studio ac invidiâ vel ambitione stimulatus magis, quàm publicæ salutis desiderio adductus fecisse creditus est: alioqui in Helenum, Priami filium, eodem jure procedere oportuisset, qui tamen servatus est.

Contigit hoc Troianorum excidium, & famosissimæ urbis conflagratio, decennio postquam cœpta fuerat obsideri, & à prima ejus per Dardanum conditione, annis circiter trecentis: estque vera hæc historia, multis licet sit vitata fabulis; neque enim Dares & Dictys militum

militum in equo à Græcis relicto latentium meminerunt.  
 Ut autem hujus historiarum finem faciamus, & Poëtas legentibus faciem quodammodo asseramus, restat, ut quid deinde aliquot ex Græcis & Troianis heroibus evenerit, breviter perstringamus.

Aiax Cassandra vim intulerat, nullo respectu habito Palladis, ad cuius statuum sum miseram perfugium habuerat. Nec tantam proterviam impunè tulit: cum enim patriam versus vela faceret, Pallas, obtentâ à Jove facultate, tempestatibus ejus & fulminibus ad arbitrium suum utendi, ingentem in mari tempestatem excitavit, vibratisque ignibus, sacrilegi scortatoris naves incendit, ut eam, quæ vehebatur fluctibus immergeret. Aiax tamen in proximas rupes incolumis evasit, ibique defixus in Deos furere cepit; ac ore blasphemio jactare, se solius brachii sui robore, Diæ etiam invitis & ringentibus, eluctaturum. Quo audito Neptunus rupem, cui innitebatur, ictu tridentis evertit, & in mare devolutus submersus est. Thetys ejus commiseratione tacta, sepulchrum illi ad maris litus propriâ manu effodit.

Nauplius, Græcorum Ducibus insensus, quod Ulyssis fraudibus circumventi, filius suum Palamedem ad mortem condemnasset, in Caphareï montis apicè è regione Hellepontis, ignes excitavit ut classis porcum illic esse arbitrata, in scopulos, quibus ora illa infamis erat, impingeret: sed Ulysses & Diomedes per aliam viam navigantibus dolus sperato eventu caruit.

Idomeneus inter celeberrimos exercitus duces non potestremus imminente naufragio solenne votum concepit, si se Neptunus incolumem in patriam reduceret, se illi immolaturum quod primum sibi occurreret. Contigit, ut filius ejus ei primus obviaret, à quo tamen immolando per suos est prohibitus, qui tantam non ferebant inkumantiam.

## CAPUT XIX.

Gesta Agamemnonis, & Orestis ejus filii post obsidionem Troianam.

Agamemnon bello Troiano tam feliciter defunctus, triumphans in patriam regressus, infestiores domi reperit inimicos, quam antea foris superasset.

Nam Clytemnestra uxor ejus, post infame, viro absente, cum Agisto commercium capitales reduci struxit insidias, quibus miser Rex involutus occupuit. Ut cap. 12. hujus libri indicavimus.

Cassandra, quam Troia secum abduxerat, hanc ei calamitatem impendere multa ad cautelam præmonendo dixerat. Sed quamvis singularem futura prædicens scientiam ab Apolline accepisset, is tamen, nescio quo perfidiæ genere ab ipsa offensus, tantum ex illo favore ei decernerat, ut ejus oraculis nemo fidem adhiberet, sed omnes contraria sequerentur.

Orestes morte patris exacerbat, matrem Clytemnestram, ejusque adulterum Agistum, è medio sustulit, quo facto licet speciem aliquam æquitatis prætenisset; furis tamen postea, & conscientie stimulis miserè exagitatus est, cum parati sceleris horror ipsi ante oculos versaretur. Tanti supplicii impatiens, responsum accepit ab Oraculo, unicum illud fore remedium, si in Tauridum, Scythiæ provinciam, proficisceretur, ubi ex Dianæ templo ejusdem Dææ statuum auferret, & in Græciam aptaret.

Ad illud ergo iter se accingit Pylade Stropii Regis filio sibi in socium adjuncto, & quia periculorum omnium, cum summa animorum conjunctione comites fuerant, Pylades hac maximè occasione testari voluit, quanti faceret Orestis amicitiam.

Antiquis in illa Regione legibus sancitum erat, ut quotquot alienigenæ occurrerent, caperentur, Dianæ suæ immolandi, quæ solis humanis victimis placabatur. Ambo igitur



tur capti, Thoantem, qui sacris profanisque rebus, junctâ Archipræfulis Regisque potestate, moderabatur, adducuntur qui hoc eis gratiæ concessit, ut alteruter solum mactaretur, Orestes & Pylades raro amicitiae certamine, pro se quisque ad lanienam abripiendo multo rationum, quas suggerebat amor pondere perorabat tenuique gratissima illa altercatio donec Orestes fortitione palmam tulit, qui ad Iphygeniam Sacerdotio fungentem adductus, frater ejus esse comperitus est. Statuunt uterque in libertatem se vindicare. Occiso itaque Thoante, & ablato secum Diane Simulachro atque in lignorum fasce abscondito, propter quod Diana Faselis exinde vocata est, comitante semper Pylade profugerunt. Itaque Orestes, feliciter in Græciam reversus, & furiarum stimulis liberatus, ad patriæ gubernationem animum revertit; multas deinde Civitates in Thracia condidit, in quibus Orestia, quam temporum successu Andrinopolim appellârunt,

## CAPUT XX.

## Gesta Ulyssis post bellum Troianum.

Ulysses exceptis exantlatisque fortiter decennalis obsidionis laboribus, decem alios exegit annos, cum motiosissima navigationis periculis decertando. Vix plenis vellis navigare cœperat, cum malignæ tempestatis impetu in Ciconum Thraciæ populorum oras delatus suam ibi Hecubam amisit: hæc enim accepto nuntio, Polydorum filium, quem Polycestori genero suo, cum thesauris quos habebat pretiosissimis, in eunte bello crederat, ab eo interfectum, & ad maris litus sepultum, ut hoc se deposito locupletaret, dissimulato ex tanta perfidia dolore, eum videre transeundo voluit, & ut incautus opprimeret, alia esse magni pretii, quæ illi committere cuperet, simulavit. Ille nihil fraudis subodoratus in conspectum venerat, cum Hecuba ei oculos furibunda effudit: quo facto pertæsa servituti, in ipso vestigio sibi manus violentas attulit; quam-

vis

vis legamus in Ovidio à Thracibus Regis sui injuriam ulciscentibus lapidibus esse obrutam; in eamem subinde conversa est. Ulysses tantæ Principis mortem gravissimè doluit, quam pluris faciebat, quam cætera ex Troianorum spoliis à se reportata; sed hæc sequentium calamitatum tantum fuere præludia. Nam primò, cum in Ithacam Insulam cogitaret, ad Lotophagos Africae populos tempestare projectus est, sic dictos à fructus genere, ad vescendum tam suavi, ut ejus comites eo gustato in Græciam renavigandi desiderio amiserint, & in naves vi magnâ compelli debuerint.

Alia tempestas eum in Siciliam compulsi, ubi in Polyphemi manus incidit, inter Cyclopes nominatissimi, de quo in historia Neptuni. Ex ejus comitibus sex Polyphemus ipse devoravit, cumque beneficii loco eum se laniatum ultimum spondidisset, ut Ulysses lanienam effugeret Cyclopolis inebriandi modum reperit, effossoque illi oculo ad Æolium protugus, ab eodem perhumaniter exceptus est, ventosque omnes ad arbitrium cœrensus obtinuit, excepto Zephyro, quos vasis inclusos atinebat, ne eorum navigationem impederent; sed ejus socii, quid illis in utribus lateret, sciendi cupidi, eos resolverunt & ventis elabentibus, naves Ulyssis in Æolis insulas rursus impulsi, ubi ab irato Æolo nihil amplius favoris exorare potuit; idèdque ad Læstrigomas tendere compulsus est.

Erant populi totius Italiæ immanissimi, & humanis vesci carnibus assueti, quibus cum Regis potestate Anchiplates imperabat. Hic voratis aliquot ex Ulyssis comitibus, rates eorum omnes, unâ, quâ Ulysses vehebatur, exceptâ, in profundum maris immerfit.

Hinc quàm celerrimè abnavigavit, tenuitque Insulam, ubi Circe venæharum trunculentissima habitabat. Erat Solis filia, & Regis Sermatarum uxor, eademque venæharum & præstigiarum inventrix habebatur, solita venenatarum potionum vim in suis subditis experiri, calque aded, ut ne à marito quidè manus abstineret, ut sola regnare. Ob tam inauditam barbariem omnium odiis appetita, in

cujus

cujusdam Insulæ ab Etruria, Italiz regione, non multum distat promontorium se recepit. Huc exploratores aliquot Ulysses præmiserat, quos venefica in speciem benevole excepit, magicâ portione in suos transformavit. Solus Eurylochus cæteris cautiore, ejus sese laqueis expeditis, proparansque, eorum quæ contigerant, ducem suum certiorum fecit. Ulysses hoc nuntio perculsus ad Magam ipsæ se conferre statuit, acceptoque à Mercurio Pharmaco, ex herba *Moli* dicto, quâ Dii adversus venena & incantationes utebantur, stricto gladio intrepidus eam aggreditur, mortem minatus, nisi socios pristinae formæ redditos, sibi quamprimum sisteret; quod cum illa præstitisset, ejus postea usus consuetudine, multos ex ea filios suscepit, quorum major fuit Telegonus.

Vultu deinde Oracula consulturus ad Inferos descendere, cum Circeam haberet conjus directione posset iter illud feliciter instituire. Ibi ex sociis suis Elpenorem invenit, qui apud Circeam paulo ante benè sanus relictus, sed inebriatus de scalis deciderat. Cum Anticlea matre & Teresia Hariolo congressus, cum multa ex eorum sermonibus de fati suis didicisset, ad Circeam remeavit, ut infinitum iter proficeretur.

Diximus lib. præcedenti cap. 11. sub finem quemadmodum in Sirenium oras delatus, ad malum navis se vinciri à sociis verò aures cerâ obstrui voluerit, ne insidiantium illecebris caperentur. Hoc defuncti periculo, & declinato feliciter ad Scyllam & Charybdis naufragio, in portum Siciliae subierunt.

Ibi Phæaciam, Solis filiam, sacros patris greges pascentem cum reperissent, Ulysses à Circe præmonitus, omnibus severè interdixit, ne quis eos attingeret: sed ipso dormiente, socii fame coacti, aliquot ex gregibus Solis boves mactaverunt, pœna sceleris vindice subsecuta. Primo enim frustra carniunt, quæ igni assanda superposuerant, tam horrendos clamores edidère, ut timore exanimari, ad hævium suarum latebras se receperint; deinde in altum infecti, orâ tempestate perierunt omnes, præter unum Ulysses,

sem,

sem qui arrepto navis malo novem diebus à ventris atque undis hinc illic agitur, tandem in Ogygiam Insulam appulsi à Calypso Nympha susceptus est, ejus consuetudine multos annos fructus, validam beneque instructam navem ab ea obtinuit, quâ in patriam reveheretur.

Sed Neptunus ipsi insensus, quod Polyphemo filio suo oculum eruisse, hæc etiam ipsi navem ademisse, ædumque de eo omnino fuisset, nisi ejus miserata Nympha Leucothoë, tabulam ei suppellectile, cui ille innitens incolumis in Phæacensem Insulam adnatavit, quæ ad mare Adriaticum sita, à nobis ipse Corcyra dicitur. Ibidem, quod nudus esset se inter frondes occultavit. Verum à Nausicæ, Archinoi filius Insulæ Regis filia, ad litus maris reperiens, vestes ab ea accepit; ductu quo ad Reginam matrem, ex certis signis quæ terebat corpore, agnitum, omnibus humanitatis & honoris officiis exceptus est, quæ tantis principis dignitas meritaque postulabant. Ibi collectis viribus, & navique impositus, in Ithacam, quod tenebat, tandem appulsi est.

Erat tunc annus vigesimus, ex quo uxor ejus Penelope, mirè anxia incredibilis ejus videndi desiderio tenebatur. Non deerant, qui ipsi persuadere vellent, eum jam diu in mari perisisse; accedebat varii magni nominis principes, qui eam in uxorem adhibitis multis precibus & promissis expeiebant. Sed fortissimè matronæ animus nullis potuit machinis expugnari: & modo eorum preces dubiis responsis eludebat: modo tantum moræ sibi ad certum aliquid statuendum fieri postulabat, quæ animum tela, quam in manibus habebat, absolvende sufficeret; sed mulier astuta, quidquid in interdu tæxerat, non tæte tæxerat: eoque commento eorum cupiditate in reditum mariti distulit.

Interea Ulysses, animi dubius, quo consilio sibi rursus viam in domum suam aperiret, timens ne ab uxoris suæ precibus agnitus subitò opprimeretur; tandem Minervæ monitu rusticæ habitum induit, tenuiisque animum Telemachi filii, & alterius ex aula ministri, quibus se aperuit; eorumque ope relictus, omnes trucidavit ad versarios, & conjugem cum plena honorum possessione recuperavit.

R

Tot

Tot tantisque defuncto periculis quieto tamen die esse non licuit. Ex Tiresia didicerat se à filio interemptum in: ut itaque se discerni subduceret, locum procul ab aula desertum incolere decrevit. Sed cum Telegonus, quem ex Circe genuerat, in civitatem Ithacam appulsus ut suam in patrem observantiam testaretur, ab ingressu palatii, ut ignotus arceatur, excitato tumultu Ulysses intervenit, quem Telegonus non agnitus spiculo transfixit, cui spina truttae marinae affixa erat, veneno illita. Hoc fato Heroum celeberrimus miserimè occubuit.

## CAPUT XXI.

## Historia Aeneae.

Troiani, viso civitatis patriaeque suae exitio, alius alio, prout suo quisque genio ferebatur, transmigrarunt. Alii cum Heneti Paphlagoniae populis conjuncti. Antenor, olim Trojanorum Ducem secuti sunt alii Franco, alias Francioni, adhaeserunt: plurimi tamen ad Aeneam se recepere, qui Venere natus, ut cap. 12. diximus, Creisam Priami & Regis filiam uxorem duxerat.

Antenor cum filia in intumum maris Adriatici sinum delatus est, ubi sociatis sibi Heneti prima urbis Venetae jecit fundamenta. Inde in continentem digressus, Paravium, hodie Paduam condidit.

Francus ad Rhenum subsiit, postea in Gallias transiens, nomen illis populis suum indidisse à nonnullis creditur.

Aeneas, collectis, ut potuit desolatæ urbis reliquiis, Creisâ conjuge amissâ, elato in humeros, raro pietatis exemplo, Anchis patre, accepitque secum Dis Penatibus, Ascanium filium manu ducens, venit Anandrum Phrygiae urbem, ab Ida monte haud procul distans, ubi classem suam, 20. constantem ratibus, ad pandenda vela expeditam reperit. Inde ad oras Thraciae appulsi, ubi civitatem conderet statuerat, nisi lamentabilis ejulatus, ex loco, ubi

tumulatus

tumulatus erat Polidorus, de quo cap. precedenti, prodeuntes, eum à suscepto consilio diverfissent.

Cessit igitur in Cretam Insulam, ubi grassata pestis, idem ejus consilium intervertens, aliud concedere compulsi, didicitque per quietem ex Deorum suorum Penatum oraculis, Italiam petendam esse, ubi fortunam esset expecturus feliciorum.

Sed plenis jam velis navigans, orâ tempestate, in Strophades Insulas projectus, ubi variis Harpyarum insidiis appetitus, evasit tamen in Epirum & in Andromathem incidit, quae olim Hecctoris uxor, à Pyrrho deinde capta, & ab eodem Heleno conjugata fuerat, cui etiam in cumulum beneficiorum provinciae illius regnum attribuerat.

Aeneas ab Heleno cum omnis benevolentiae significatione exceptus, variisque praecipis ad susceptam expeditionem necessariis ab eo praemunitus, Italiam versus discessit & Scyllae Charybdisque promontoria incolum praetervectus, tenuit tandem Drepanum Siciliae urbem postquam & Cycloperum oras feliciter trajecisset, unde in libertatem recepit unum ex Ulyssis comitibus, quem infortunatus ille Princeps imprudens per oblivionem ibi reliquerat.

Nec defuit ibi doloris materia Anchises enim pater senio confectus vitæ metam ibi reperit. Mœrorum pessimi filii non nihil mitigavit Aescelus, qui regnum Siciliae jam grandævus obtinebat, singularis humanitas, qui discedentem variis muneribus profectus, vinum, omnisque generis annonam, ad iter prosequendum necessariam liberalissimè suppeditavit.

Juno interea, quæ capitales jam diu cum Troianis fovet inimicitias, Aetolum convenit, suasque, ut suos adversus eum laxaret ventos, & classem naufragio perderet. Perierat cum suis Aeneas, nisi Neptunus hoc se nec consulto nec permittente factum esse indignatus, mari tranquillitatem reddidisset, dissipatam tamen, penèque convulsam classem & in Africam non procul Carthagine vi procellarum impulsam, anno jam post discessum septimo appulsi.

Hic mihi à principis Didonis, quam alii Elisam vocant, historia rependa est, quæ Beli, Tyrriorum Regis filia Sichro juncta fuit; quem cum Pygmalion Elisæ frater, thesauris eius in hians obruncasset; illa idem malum verita, collectis, quæ supererat, opibus navim contendit, & in eum Africæ portum, qui Drepano in Sicilia è regione obijciat, delata, tantum sibi multâ pecuniâ terrarum emit, quam à Taurino corio possit circumdare: quo in loco usâ stratagemate, cum coriû in tenuissimas partes dissecuisset locumque satis amplum amplexa esset. Carthaginem condidit, quam nonnulli à corio bubulo Byrfam vocarunt.

Æneas cum sociis ad hanc Reginam implorandi auxilii gratiâ veniens, ab eadem per honorificè benevolè que exceptus, tantum brevi tempore apud illam potuit ut ad intimam familiariatem admitteretur, quamvis enim Sichro marito è vivis sublato, cui uni amores suos consecravit, nullum de alteris nuptis sermonem admitteret, & Jarbæ Getulicæ Regis vicini fuit nequidquam propterea indignantis, sollicitationibus aures occlusisset, sic tamen capta est suavisimio Æneæ congressu, ut eum sibi conjugem deposceret.

Hic tamen à Jovis monitis post moram aliquam prociacis mulieris reibus sese expediens, relicta Africâ, ut fata sequeretur, iterum versus Italiam contendit. Frustrâ fuere omnes Didonis obtestationes, minz, & exprobrationes, quas amor desperans solet elicere. Illa amore in iram veniens in roqum ascendit, & ferro trans viscera adacto, in confectâ Æneæ, qui jam portu solveret, in cineres abiit. Ita scripsit Virgil. lib. 4. Æneid. qui lib. 1. describit, quem admodum Æneas, postquam ex Sicilia discessisset, classe per tempestate in disiectâ in Africam appulerit, ubi à Didone humanissimè exceptus est. Lib. 2. inducit illum de Troiæ excidio disserentem: tertio ea recenset, quæ donec in Siciliam primò appulsus est ipsi contigerint. Anno enim insequenti, relicta Carthagine, eodem secundâ vice ventorum procellis conjectus est: quâ occasione usus, Anchise patris cineres iterum veneratus, ejus memoriam instituit

varij

varij præliorum generibus celebratis; deinde dimissa imbelli turbâ in civitatem, cui Acastes imperabat, iter Italicum profectus est.

Cumas ergo appulsus, Sybillæ antrum adiit, ut ab ea documenta acciperet, quibus iter ad Inferos, & campos Elysios, quod animo designarat, ut ab Anchise patre futura fata edoceret, felicitè absolveret: successitque ex voto consilium, postquam ratum aureum reperisset, qui erat Proserpinæ ostendens.

Ad Inferos redux, repetitâ navigatione ad Tiberis ostium perveni, quod compulsis navibus Laurentum, cui Latinus Rex moderabatur, tenuit: cujus hospitio peramicè ita sibi demeruit, ut Laviniam filiam ipsi uxorem promiserit. Nam ab Oraculis accepta, eam peregrino huic principi Deorum providentiâ destinatum, quamvis Turno Rutulorum Regi, quem præ reliquis prociâ Amata Latini uxor deperibat, jam diu deponata fuisset.

Hæc mitionis fortunæ aurora Æneam in novas spes erigebat, animumque tot calamitatibus fractum ita recreabat, ut præteritorum oblitus, votorum metam jam sibi propè attingisse videretur. Sed Juno Troianam infesta, tam felicitus auspiciis gravissimè indignata, Alecto furiam ex orco accersit, quæ belli faces accenderet, speique Troianorum everteret.

Et Turnus quidem æmulatione stimularis, advocatis fœderatorum auxiliis potentem exercitum confaverat cui cum Æneas resistendo longè imparem se videret, variè spem inter & recentem metum agitarus, à Tiberino Deo monitus, ulterius suum movere militem statuit proximè ad locum ubi Româ deinde condita est, repetitque Evandrum Regem, cujus amicitia sibi conciliatâ, auxiliares ab eo copias obtinuit, quibus Pallas unicus Regis filius præesse voluit, seque Troianis adjunxit. Inter hæc Æneas oblatâ occasione usus, ad Tyrrenos se contulit, ut gentem illam suâ partibus adjungeret, qui adversus Mezentium Regem suam arma sumperant, quòd inauditâ crudelitate in suos delataviret, solius viros cum mortuorum cadaveribus ore

F 3

ad

ad os applicato colligare, ut diuturno languente supplicio necarentur.

*Ænèa* interim pro auxiliis absente, *Turnus* milites ejus aggressus, variis præliis lacecessit. Huc accedebat *jaçtura navium*, quæ à *Rutulis* flammis contumptæ in *Nymphæ* marinas conversæ sunt; *Jovis* beneficio, quem *Cybele* Trojanorum protectrix suis ad hoc precibus inflexerat. Et jam ad extremæ necessitatis angustias devenerat, cum *Æneas* valida in *Tyrhenorum* manum de *Vesperia* adduxit, *Venere* adversus *Junonis* machinationes nihil omitteute, quo ipsi *Jovem* concilia et, à qua *Æneas* nova arma accepit, *Vulcani* arte ira elaborata, ut is tectus nihil in præliis formidaret. *Clypei* imprimis à *Poëta* ad magna quoque excitabat, qui res, à *poëta* *Romana* fortiter gerendas *divinâ* coelaturâ compieçtèbatur.

Mulsum sanguinis in hoc bello utrimque effusum est: *Æneam* tamen, nihil æquè afflixit, ut mori *Nisi* & *Euryan*, deinde *Pallantis* *Evandri* filii quoque *jaçturam* *Rege* *Mententio*, & *Lauro* ejus filio interfectis, utcumque compensavit. *Carmilla* *Volscorum* *Regina* *Turni* exercitum fortitudine suâ roborabat; præter alias doctores præclarissimas, ipsos *Leones* generositate superabat, tantæque valebat agilitate corporis, ut currendo terram non attingeret. Sed spiculo fortè emisso confixa in confidit occubuit: cujus morte *Rutulorum* exercitus non parum accessit.

Inter hos incurrentiam in se vicissim copiarum conflictus, *Æneas* saginâ vulneratus est: sed accepto à *Venere* dyctano statim curatus, suorum animos ita accendit, ut *Turnus* desperatâ victoriâ suo unius discrimine bellum absolvere cupiens, eum ad singulari certamen provocaret. *Læus* *Æneas*, nihilque moratus, conditione acceptâ, eum solo affligit, occidit: deinde *Lavinia* & *Regno* *Latinorum* potius, *Lavinium* urbem haud procul *Laurento* extruxit, validisque cum operum, tum militum præliis confirmavit.

In hoc Regno postea successit *Julius* *Ascanius* ejus filius, qui & *Albam* Civitatem, cognomine *Longan*, condidit, cujus

cujus incolæ *Albani* vocati sunt: hæc fuit *Romanorum* sedes, usque ad *Romuli* tempora, qui prima jecit urbis *Romanæ* fundamenta redactis in suam potestatem circumjacennibus provinciis. *Albam* denique funditus evertit *Tullus* *Hostilius*, qui *Rex* *Romanorum* tertius fuit.

Prius quàm hanc *absolvam* *Historiam*, notandum duxi, vera multis *Poëtarum* commentis admixta esse; nam, ut alia præteream, constat miram esse *Virgili* fictionem, cum *Didone* in *Æneas* herosum inducit, ad poematis sui ornamentum; cum nec *Dido* vixerit, nec *Carthago* condita fuerit, nisi ducentis vel trecentis annis post *Trois* eversionem.

## CAPUT XXII.

## De veritate fabularum.

Quamquam veritas sit luci similis, mendaciorum errorumque tenebras destruendo; pleraque tamen fabulæ ab ea suam ducunt originem, & ad eam illustrandam non parùm servant.

Ita dicebant *Veteres*, *Coelum* patrem esse *Saturni* quem tempus vocant, sive quod assidua revolutione, & *Sphærarum* semper à se recedentium, semper stans temporibus recurrentium reciproco motu, mensuram nobis offerat, quâ rerum omnium durationem distinguimus: sive quod temporis velocitatem significat. Deinde quia tempus omnia producit & destruit que rerum natura complectitur, *Saturnum* habitu senis pepingebat, alis instructi, & falcem dextera præferentis, quâ quidquid vivit indiscriminatim demerit: fingunt etiam ab eodem vorari lapides, proprioque filios, quod omnia tempore consumantur.

Secundo cum *Antiqui* *Janum* fingunt bicipitem, magni principis sapientiam nobis representant, qui ex prudenti præteritorum consideratione, futura disponit, ne temerè aliquid suscipiat.

Parimodo homo prudens & providus, ad omnia, quæ in mundo

mundo contingunt animum sagaciter advertit, ut hęc cognatione ad suum usatur commodum, se privatis inventus studiis, ut publica alienave negotia procul a se removeat in quo celebratissimum illum Gygem imitatur, qui tam admirandę virtutis anulum habebat, cui insertam gemmam cum invenisset, ipse videns omnia, à nullo videbatur.

Ei ne innumeris ejusmodi mysteriis, quę variis in locis in hujus Historię decursu notavimus, immoremur, idem antiqui ut modum nos docerent, quę Prometheus in publicam hominum vitam ordinem & positam induxisset, ab aggressi, penęque belluinã vivendi ratione, ad humaniorum eos tractando; homines ab eo formatos esse ex luto productosque asserbant. Eamdem ob causam lapides à Deucalione & Pyrrha in homines commutatos esse. Amphionem ad saxæ cantum citharę Thebarum incenia extruxisse, quod ea, quę pollebat in dicendo facundia, incolas antea per montes & silvas, feram in more errabundos, ad communis vitę societatem pellexisset. Quia Prometheus artem primus invenerat docueratque ignem & silicę, utrunque muris conficiendo, efficiendique illum ex cęlo ignem attraxisse confixerunt. Idem in Caucaſo monte, si serum cursum contemplando, Astronogizæ illi nobilissimum; plerumque morabitur: ibi captata fingendi occasio eum à Mercurio monti hunc altissimum; per vulnurem autem jecur eius assidue depascentem, enim frusendi contentione, & comminatione continua, sensim acceri & consumi significabant. Ita fratrem ejus Atlantem, cęlorum molem suis humeris sustinentem innoxerę, quod ipse Astrologiz permissimus, sphaerę celestis, quam manibus per se pę verbarat, utum primus invenisset.

Argus eodem tempore Civitatem edificabat, cui nomen suum indidit; & quia princeps rarã in agenda solertia & sagacitate præditus erat, equum oedit cor ei oculos affigendi.

In Historia Perseę diximus, quemadmodum præclarissimas dotes repræsentent, quę exercitum Imperatorem comprimis vident. Meminimus, & aliam Persã, qui si veterum

rum mentem inspicimus, nihil aliud erat, quàm navis velis explicata, quam Bellerophon adversus Chimæram progressus incendit. Ita & aliz, quas Dixalo attribuit, erant etiam navium carbasa, quarum utum invenit, cum ex Creta se recipere cogitaret.

Quę de Icaro & Phaëonte fabulantur, sunt merę figurę, & symbola ambitiosorum; quemadmodum Tantalus & Harpyarum historia ad avaritiam, Sirenum verò ad obsecnas hominem libidines carpendas pertinebat. Eorundem virorum symbolum erat: vul ut in Promethei viscera defærens ad significandos pravę conscientię cruciatus. Eodem Eumenides & Orestiz furiz referuntur.

Si quos viderent rarã virtute, industria, auctoritate, potentia longè super alios eminentes Deos appellabant. Hac viã Jupiter, aliàs Rex Crete, quam Candiam vocamus, Deus creditus est, uti & duo ejus germani Neptunus, & Pluto. Neptunus maris Deus creditus est, eò quòd in navali exercitui imperaret, & Pluto Inferorum Deus, quòd exequiarum utum, quibus mortuis parentatur, primus induxerit. Regum autē & Palatiz erant Poëtis cœlum, unde si quis eluminaretur, ex cœlo deturbatur esse dicebatur: si quo periculo feliciter defungeretur, facti erat, ut in avem conversus, & avolasse diceretur. Laërte in silvis, erat, in animantem mutatum esse: ut Lycaoni, Pelasgi Arcadię Regis filio contigit, quem Jupiter persecutus, quòd Deorum cultum diceris traduxisset, in lupum transformavit.

Qui cæco sui amore elati, & arrogantia tumidi cæteros asperantur, in Narcissi Historia perfectè depinguntur, qui propriam speciem in lympido fonte te lucentem contemplando, ut erant rarã venustate spectabilis, tanto apparentis illius imaginis amore captus est, ut cerę instar ad ignem positę consumptus sit, & ad hoc objectum immobilis persilendo sensim elanguent, moriendoque florem illum, qui ejus nomen retinet, produxerit.

Cap. 5. de vanissima præsumptione Marlyz alicius, aut Mydæ loquebatur; posse multos infinitos apologos

ad hanc materiam pertinentes referre, quibus ejusmodi vitia pingerentur. Ut de Cornice, quæ omnium rerum singularem intelligentiam ubique affectabat, verbis magnificis importunè apud omnes & arroganter suæ prædicando, cum tamen plumas, quibus sibi speciem aliquam conciliaverat, ab aliis avidus emendicasset: ut nihil dicam de inepto vix pedibus consistente suis asino in Arcadia, qui ab aliis ejusdem Regionis asinis, quod præconterem inter eos diu egisset, sibi persuaderi passus fuerat, se canendi peritiâ juniores illas Philomelas longè superare, quæ sui admirationem omnibus concitabant. Sed hæc exempla sufficient, ex quibus colligatur, quis fabularum usus esse possit.

Hic tamen notabimus, quem admodum ex antiquis Philosophis plurimi tegere volentes religionis suæ infamiam, omni studio contenderint, ut quæcumque Diis suis attribuebantur, & quidquid de tot, tamque alienis à vera ratione metamorphosis hactenus retulimus, pro allegoriis ejusmodi, vel symbolis rudi plebeculæ venditarent. Nihilominus extra omnem controversiam positum est, eam omnia, à quibuscumque tandem principis emanarint, pro veris religionis suæ fundamentis ab Ethnicis esse creditam tantâ sæculorum inter capedine; neque veriora alia vel sanctiora mysteria, præter signata ejusmodi & deliria, habuisse; nullam religionem aliam agnoscentes, in qua verum Deum colerent. Sive eorum templa spectes, sive festa, ritus & sacrificia, ad Deorum hujusmodi cultum referrebantur universa. Hoc est, quod Sacræ Litteræ testantur, hoc auctores tum sacri, tum profani uno ore confirmant. Hoc est, quod Patres, qui sub Ecclesiæ nascentis primordia rarâ sanctitatis & doctrinâ celebrabantur, idolorum cultoribus tam frequenter exprobebant; quod tot viri inelyti, ad Christi fidem conversi verissimum esse suo testimonio comprobant.

Neque licebit dicere errores fuisse populares, sive rudis tantummodo plebeculæ. Nam & ipsi Philosophi, lumine naturali adeo perspicaces, quamvis unius veri Dei veritatem evidentissime agnoscerent, ut in Epistola ad Romanos Apostolus

Apostolus contestatur, omnibus tamen illis superstitionibus tenacissime adhaeserunt, sive quod probro legum communium timere angerentur, sive quod detestabili ignavia à populo dissentire, eique displicere non auderent. Quod autem omnem excedit admirationem, Monarchæ ipsi, & imperiorum status in quibus erant viri Doctrinæ politicæ & civilis prudentiæ peritissimi, ingenio eminentes, aliisque virtutum omnium insignes ornamentis, quorum semper & ubique gentium magna copia extitit, eorum cæcitas devenerunt, ut sidera passim & elementa adorarent; eosque Principes divinis prosequerentur honoribus, qui inter eos olim imperaverant.

Ita Chaldaei Baali, sive Belo, qui primus Assyriorum Rex fuerat, divinos cultus decreverunt. Historia Daniëlis hos edocet, ab Imperatoribus Babylonicis non Beli tantum idolum ex patris religionis consuetudine adoratum esse: sed Draconem etiam, quem palam omnibus, Daniël dissipit, ut quis verus Deus eî agnoscerent, sub hujus operis initium retulimus.

Quo tempore Egyptii omnium scientiarum laude præ reliquis populis celebrabantur, sua tamen templa Deo Serapidi præcipue consecrabant, qui bos erat peculiari notâ insignitus: eò quod Osiridem suum olim Regem Jovis filium, post mortem in bovem transformatum esse crederent: inde detestabilis in Judæos inclinatio promanavit vitulos adorandi. Postea Egyptii pro Osiride Solem & pro Iside Regina ejus conjugē Lunam adorarunt; nec puduit Felibus, Crocodilis, Cæpis ipsis & Allis divinitatem atrogare, quia, ut ipsi delirabant, bello Gigantum eveniente, Diis in Egypto latebras quaesierant, seque ut laterent, in res ejusmodi transformarant.

Romani senatus decreto, Cæsarem suorum non paucos in numerum Deorum retulerunt, ut obsecrum illum & in fâmen Antinoum, Adriano Cæsari gratissimum præteream: cui altaria erexerunt, ut assententur dolori sui principis, quem ex ejus morte conceperat; eumque in stellam conversum ei persuaserunt; quæ illâ tempestate regens in cælo apparuit. Unde

Unde concludemus, hanc impietatem & deliria non ira ſtolidæ plebis fuiſſe propria, quin etiam maximorum hominum animos occupaverint, fuiſſeque pro axiomatis religionum, & primis, ut ajunt, principiis habita, quæ ſola in florentiſſima Regna & imperia admittentur. Prætereò eorum numerum, qui contra ſentebant per exitum fuiſſe, minimæque auctoritatis ſtatuumus neceſſe eſt, qui tam exercendæ impietatis curſum liſterent: vel certè peritullibus illis erant perſimiles, qui in nefarium legitimi principis ſui deſpectum, iniquis alienarum poſſeſſionum invaloris obſequiis ſeſe addicunt. Hæc tam ſtupenda cæcitas ex iis iterum apparebit, quæ i. cap. lib. ſequentis referimus.



## LIBER TERTIUS. DE HONORIBUS, QUOS ETHNICI DIIS SUIS EXHIBEBANT.

P R Æ F A T I O.

**D**Ei dignatio, quæ voluit illuſtrati ſumus, obligationem neceſſario importat, honorem ipſi, cultumque ſupremum aſſerendi, cum honorem aliis debitum ex merito & dignitate, quæ aſſerri eminent, metiamur: eſtque virtutis illius effectus, quæ inter morales excellentiſſima, Religio à Theologis appellatur; cum ex aliis virtutibus omnibus alia ſit nulla, quæ actionem tam juſtam, tamque ſancſtam præcipiat ut Religio.

Iſta ſubmiſſione & depreſſione externâ Deus adoratur, in ſupreme & abſolute auctoritatis ſig-

nâ, quam eum in nos obtinere proſitemur: ita per orationem ad eum velut auctorem ſontemque omnis boni recurrimus: ita laudes ejus prædicamus, & merita extollimus: ita ab omni hominum memoria decreta ipſi ſacrificia, velut primo principio, ultimoque fini rerum omnium creatarum, & ſupremo vite neciſſique Domino. Ita in hunc etiam finem templa illi conſecrantur, eriguntur aræ, feſta celebrantur, ut præcipua hominis occupatio, in actionibus, ad ejus gloriam tendentibus, præcipuo ſtudio verſetur: ab hac demùm religionis virtute ſamulorum Dei procedit devotio, quæ fervorem & alacritatem in rebus ad eum pertinentibus ſuppeditat.

Poſteaquam Demones totum terrarum orbem ſua Tyrannide oppreſſerant, proſcriptâ penitiſſique extinctâ veri Numinis cognitione, & ſe ipſos, ſtatuaſque ſuas Divinis colendas honoribus propoſuerunt; religionis jura omnia & prærogativas uſurparunt.

Nam vota preceſſeque, ſeu publica, ſeu private ad eos dirigebantur; templa illis & altaria dedicabantur; feſta & ſacrificia, ludii publici, alii que ritus ejuſmodi in eorum honorem inſtituebantur, ut hoc ultimo libro oſtendemus, quæ hoc opusculum abſolvemus.